ܙܳܪܽܘܥܳܐ *m. emph.* Sator, ſeminator, *Mat.* 13 : 3. *Marc.* 4 : 3. 14. *Joh.* 4 : 36. 2 *Cor.* 9 : 10.

ܙܰܪܥܽܘܢܳܐ *m. emph.* Semen. *Plur. emph.* ܙܰܪ̈ܥܽܘܢܶܐ ſemina, *Mat.* 13 : 32. *Marc.* 4 : 31. 1 *Cor.* 15 : 37. 38.

ܚ

* חאף ܚܐܦܐ Impetus. ܒܚܐܦܐ cum impetu, *Apoc.* 18 : 21.

ܚܐܪܐ *vide in* ܚܪ.

* חָבַב *Hebr. idem quod* חָבָא & חָבָה Abſcondit, abdidit, occultavit. *Hinc* חוב ſinus, gremium, *ubi quid abditur ſeu occultatur. Chald.* חֲבַב, *Arab.* حَبَّ חַב, *Syriacè*

ܚܒܒ In ſinu tenuit *aut* geſtavit, fovit, complexus, amplexus fuit, in pretio, in deliciis habuit, amavit, dilexit, elegit, deſideravit, voluit. *Item Syris* Fovit, calefecit, accendit; accenſus eſt, arſit, exarſit. *Peal præt.* 3 *perſ. fœm. ſing.* ܚܒܰܬ arderet, *Luc.* 12 : 49.

Paël ܚܰܒܶܒ *m.* Amore accenſus eſt, amavit, dilexit, amplexus, amplexatus, blanditus eſt. *Partic. præſ. fœm.* ܡܚܰܒܒܳܐ diligens, 1 *Theſ.* 2 : 7. *plur.* ܡܚܰܒܒܺܝܢܰܢ blandimur, *verſ.* 8; *ex* ܡܚܰܒܒܺܝܢ *m.* blandientes & ܚܢܰܢ ſumus *compoſitum.*

Aphel ܐܰܚܶܒ *m.* Idem *quod Paël.* Dilexit, *Joh.* 3 : 16. 13 : 1, *bis. Epheſ.* 5 : 25. 2 *Tim.* 4 : 10. Amavit, 2 *Petr.* 2 : 15.

Cum aff. ܐܰܚܒܶܗ dilexit eum, *Marc.* 10 : 21. ܐܰܚܒܰܢܝ dilexit me, *Joh.* 15 : 9. *Gal.* 2 : 20. ܐܰܚܒܰܢ dilexit nos, *Rom.* 8 : 37 *Eph.* 2 : 4. 5 : 2. 2 *Theſ.* 2 : 16. Dilexerit nos, 1 *Joh.* 4 : 10. Dilexit nos, *verſſ.* 11. 19. ܐܰܚܒܰܬ *f.* dilexit, *Luc.* 7 : 47. ܐܰܚܒܬ *m.* dilexiſti, *Joh.* 17 : 23, *bis.* ܐܰܚܒܬܳܢܝ dilexiſti me, *Joh.* 17 : 24. 26. ܐܰܚܒܬܳܟ *c.* dilexi te, *Apoc.* 3 : 9. ܐܰܚܒܬܟܽܘܢ dilexi vos, *Joh.* 13 : 34. 15 : 9. 12. ܐܰܚܒܘ *m.* dilexerunt, *Joh.* 3 : 19. dilexerint, 2 *Tim.* 4 : 8. dilexerunt,

Apoc. 12 : 11. ܐܚܒܢ c. dilexerimus, 1 *Joh.* 4 : 10. *Partic. præſ.* ܡܚܒ *m.* diligens, *Luc.* 7 : 47. *Joh.* 3 : 35. 11 : 5. 14 : 21. *Rom.* 13 : 8. 1 *Cor.* 8 : 3. 2 *Cor.* 11 : 11. 12 : 15. *Eph.* 5 : 28, *bis.* *Phil.* 1 : 8. 1 *Joh.* 2 : 10. 3 : 10. 14. 4 : 20, *bis.* 21. 5 : 1, *bis.* *Exprimitur litera characteriſtica conjugationis in duobus locis ſequentibus*, 2 *Joh.* *v.* 1. & 3 *Joh.* *v.* 1. *Eliditur ea pro more ob præformantem participii Apoc.* 1 : 5.

Plur. maſc. ܡܚܒܝܢ diligentes, *Matt.* 5 : 46, *bis.* *Luc.* 6 : 32, *ter.* *Joh.* 8 : 42. 13 : 34. *Rom.* 8 : 28. 12 : 10. 2 *Cor.* 12 : 15. *Eph.* 6 : 24. 1 *Petr.* 1 : 8. 22.

ܡܚܒܝܢܢ diligimus, 1 *Joh.* 3 : 14. 5 : 2; *ex* ܡܚܒܝܢ diligentes & ܚܢܢ ſumus *compoſitum.* *Infinit.* ܠܡܐܚܒܘ diligere, *Rom.* 13 : 8; *ubi litera Olaph characteriſtica conjugationis expreſſa eſt; duo ſimilia exempla fuerunt in participio, & occurret etiam unum in futuro. Eliditur autem ea pro more ob præformantem infinitivi* 1 *Joh.* 4 : 11.

Imperat. ܐܚܒܘ *m.* diligite, *Mat.* 5 : 44. *Luc.* 6 : 27. 35. *Epheſ.* 5 : 25. *Col.* 3 : 19. 1 *Petr.* 1 : 17.

Futur. ܕܢܐܚܒ *m.* diligere, 1 *Joh.* 4 : 20; *eſt hic futur. cum* ܕ *loco infin.* ܢܐܚܒ diligat, *verſ.* 21. ܢܚܒܝܘܗܝ diliget eum, *Luc.* 7 : 42. ܬܚܒ *m.* diliges, *Mat.* 19 : 19. *Mar.* 12 : 31. *Gal.* 5 : 14. *Epheſ.* 5 : 28.

ܢܚܒܘܢ *m.* diligant, *Epheſ.* 5 : 28. ܬܚܒܘܢ *m.* diligatis, *Joh.* 13 : 34. 15 : 12. 17. 1 *Theſ.* 4 : 9. 1 *Joh.* 3 : 11.

ܢܐܚܒ *c.* diligamus, 1 *Joh.* 3 : 18. 23. 4 : 7. 12. 19. 2 *Joh.* *v.* 5; *in hoc ultimo loco Olaph characteriſticum expreſſum eſt.*

ܚܘܒܐ *m. emph.* Amor, dilectio, charitas. *Mat.* 24 : 12. *Luc.* 11 : 42. *Joh.* 13 : 35. 15 : 10. 13. 17 : 26. *Rom.* 1 : 31. 13 : 10. 14 : 15. 15 : 30. 1 *Cor.* 4 : 21. 7 : 3. 8 : 1. 13 : 1. 2. 3. 4, *ter.* 8. 13, *bis.* 14 : 1. 16 : 14. 2 *Cor.* 2 : 4. 6 : 6. 7 : 11. 9 : 14. 13 : 11. *Gal.* 5 : 6. 13. 22. *Eph.* 1 : 4. 3 : 17. 4 : 2. 16. 5 : 2. 6 : 7. 23. *Phil.* 1 : 15. 2 : 1. 2. *Col.* 2 : 2. 3 : 14. 1 *Theſ.* 2 : 17. 4 : 9. 5 : 8. 2 *Theſ.* 1 : 3. 2 : 10. 1 *Tim.* 1 : 5. 14. 2 : 15. 4 : 12. 6 : 11. 2 *Tim.* 1 : 7. 13. 2 : 22. *Tit.* 2 : 2. *Philem.* *v.* 5. *Hebr.* 10 : 24. 13 : 1. 1 *Petr.* 1 : 22. 2 *Petr.* 1 : 7. 1 *Joh.* 4 : 7. 8. 10. 16, *ter.* 18, *ter.* 2 *Joh.* *verſſ.* 3. 6. *Jud.* *verſſ.* 2. 21. *Apoc.* 2 : 4. 19.

Cum aff. ܚܘܒܗ Amor ejus *vel* ſuus, *Joh.* 15 : 10. *Rom.* 5 : 8. *Eph.* 2 : 4. 1 *Joh.* 3 : 16. 4 : 12. 17. *Affixum hoc abundat in locis ſequentibus*, *Joh.* 5 : 42. *Rom.* 5 : 5. 8 : 35. 39. 2 *Cor.* 5 : 14. 13 : 13. *Eph.* 3 : 19. 5 : 21. 2 *Theſ.* 3 : 5. 2 *Tim.* 3 : 4. 1 *Joh.* 2 : 5. 15. 3 : 1. 17. 4 : 9. 5 : 3.

ܚܘܒܟ charitas tua, *Philem.* *v.* 9. 3 *Joh.* *v.* 6. ܚܘܒܝ charitas mea, 1 *Cor.* 16 : 24. 2 *Tim.* 3 : 10. ܚܘܒܟܘܢ charitas veſtra, *Rom.* 12 : 9. 2 *Cor.* 2 : 8. 6 : 13. 7 : 7. 8 : 8. *Epheſ.* 1 : 15. *Phil.* 1 : 9. *Col.* 1 : 4. 8. 1 *Theſ.* 1 : 3. 3 : 6. 12. *Hebr.* 6 : 10.

ܚܘܒܢ charitas noſtra, 2 *Cor.* 8 : 7. *Epheſ.* 4 : 15.

ܚܒܝܒܐ *m. emph.* Dilectus, amatus, charus. *Chald.* חֲבִיבָא חֲבִיב, חֲבִיבָא חֲבִיב. *Mat.* 3 : 17. 17 : 5. *Mar.* 1 : 11. 9 : 7. 12 : 6. *Luc.* 3 : 22.

3: 22. 9: 35. 20: 13. 1 *Cor.* 4: 17. *Epheſ.* 6: 21. *Col.* 1: 7. 13. 4: 7. 9. 2 *Tim.* 1: 2. *Philem. verſſ.* 1. 16. 2 *Petr.* 1: 17. 3: 15.

Cum aff. ܚܒܝܒܗ dilectus ſuus, *Epheſ.* 1: 6. ܚܒܝܒܝ dilectus meus, *Mat.* 12: 18. *Rom.* 16: 5. 8. 9. 3 *Joh. v.* 1. ܚܒܝܒܢ dilectus noſter, *Col.* 4: 14. 3 *Joh. verſſ.* 2. 5. 11.

Fœm. emph. ܚܒܝܒܬܐ dilecta, *Apoc.* 20: 9. ܚܒܝܒܬܝ dilecta mea, *Rom.* 16: 12. ܚܒܝܒܬܢ dilecta noſtra, *Philem. v.* 2.

Plur. maſc. ܚܒܝܒܝܢ dilecti, *Rom.* 11: 28. 1 *Theſ.* 2: 8. *Emph.* ܚܒܝܒܐ dilecti, *Phil.* 4: 1. *Cum aff.* ܚܒܝܒܘܗܝ dilecti ejus, *Act.* 10: 24. *Rom.* 1: 7. 1 *Theſ.* 1: 4. 2 *Theſ.* 2: 13; *affixum in his abundat.*

ܚܒܝܒܝ dilecti mei, *Rom.* 12: 19. 1 *Cor.* 10: 14 15: 58. 2 *Cor.* 7: 1. 12: 19. *Phil.* 2: 12. 4: 1. 1 *Petr.* 2: 11. 4: 12. 2 *Petr.* 3: 1. 8. 14. 17. 1 *Joh.* 2: 7. 3: 2. 21. 4: 7. 11. *Jud. verſſ.* 3. 7. 20.

ܚܒܝܒܝܢ dilecti noſtri, *Act.* 15: 25.

ܚܒܘܒܐ *m. emph.* Sarmentum. *Plur. emph.* ܚܒܘܒܐ *Act.* 28: 3.

ܚܒܒܬܐ *f. emph.* Lignum minutum, feſtuca, ſtipula, 1 *Cor.* 3: 12. *Hoc & antecedens ita dicta ſunt, quòd facile accendantur; aut quòd proprium eorum ſit comburi.*

ܚܒܛ *m.* Excuſſit, decuſſit *fructus ex arboribus; vel frumenta, aut legumina ex folliculis*: & Concuſſit, quaſſavit, alliſit, contrivit. ܚܒܛܬܗ *f.* concuſſit eum, *Marc.* 9: 20. *Benoni fœm.* ܚܒܛܐ concutiens, *verſ.* 18.

ܚܒܠ *m.* Cum dolore parturivit, enixa eſt, peperit. *Benoni fœm.* ܚܒܠܐ cum dolore parturiens, *Apoc.* 12: 2; *vide varias Lect. & Animadv. Lud. de Dieu in hunc locum.*

Paël ܚܒܠ *m.* Corrupit, deſtruxit, perdidit, peremit, demolitus eſt, læſit, cruciavit: parturivit, enixus, partus dolores paſſus eſt. ܚܒܠܬ *f.* corrupit, *Apoc.* 19: 2. ܚܒܠܘ *m.* perdiderunt, *Apoc.* 11: 18. ܚܒܠܢ *c.* corrupimus, 2 *Cor.* 7: 2. *Partic. præſ.* ܡܚܒܠ *m.* corrumpens, *Luc.* 12: 33. Deſtructurus, 1 *Cor.* 3: 17. Parturiens, *Gal.* 4: 19. Perimens, *Hebr.* 11: 28.

Fœm. ܡܚܒܠܐ parturiens, *Gal.* 4: 27. *Plur. maſc.* ܡܚܒܠܝܢ corrumpentes, *Matth.* 6: 16. 19. 20. Deſtruentes, *Tit.* 1: 11. *Plur. fœm.* ܡܚܒܠܢ parturientes, *Rom.* 8: 22. Corrumpentes, 1 *Cor.* 15: 33.

Part. præt. ܡܚܒܠܐ *m.* corrupta *mens*, 1 *Tim.* 6 : 5. 2 *Tim.* 3 : 8.
Fœm. ܠܐ ܡܚܒܠܐ incorruptus *ſermo*, *Tit.* 2 : 8.
Infinit. ܠܡܚܒܠܘ ad perdendum, ut perdas, *Apoc.* 11 : 18.
Ethpaal ܐܬܚܒܠ *m.* Corruptus, deſtructus, vaſtatus, devaſtatus, perditus eſt. Corruptæ ſunt *divitiæ*, *Jacob.* 5 : 2.
ܐܬܚܒܠܝ *f.* corruptæ ſunt, *Apoc.* 8 : 9.
Participium ܡܬܚܒܠܢܐ *m.* corruptibilis, 1 *Cor.* 9 : 25. 15 : 53. 54. corrumpatur, 2 *Cor.* 4 : 16. *Eph.* 4 : 22.
ܕܠܐ ܡܬܚܒܠ Incorruptibilis, corruptionis expers, *Rom.* 1 : 23. 1 *Tim.* 1 : 17. 6 : 16.
Fœm. ܠܐ ܡܬܚܒܠܐ incorruptibilis, 1 *Petr.* 1 : 4. 3 : 4.
Plur. maſc. ܡܬܚܒܠܝܢ corrumpuntur, *Jud. verſ.* 10.
Futur. ܢܬܚܒܠܘܢ *m.* corrumpantur, 2 *Cor.* 11 : 3. 2 *Petr.* 2 : 12.
ܬܬܚܒܠܘܢ *m.* devaſtabimini, *Act.* 13 : 41.

ܚܒܠ *m.* Corruptio *abſoluta*, exitium, interitus. Corruptio, *Eph.* 6 : 24. *Emph.* ܚܒܠܐ corruptio, *Act.* 2 : 27. 31. 13 : 34. 35. 36. 37. *Rom.* 8 : 21. 1 *Cor.* 15 : 42, *bis.* 50. 52. *Gal.* 6 : 8. Exitium, interitus, 1 *Tim.* 6 : 9. *Hebr.* 8 : 13. 2 *Petr.* 1 : 4. 2 : 12, *bis.* 19.

ܚܒܠܐ *m. emph.* Funis, funiculus. *Hebr.* חֶבֶל. *Joh.* 2 : 15; *numerus ſingularis hîc ſumitur collectivè*, *Græcus enim textus habet* ἐκ σχοινίων è funiculis. *Plur. cum aff.* ܚܒܠܘܗܝ funes ejus, *Act.* 27 : 32; *affixum abundat.*

ܚܒܠܐ *m. emph.* Dolor graviſſimus, *qui hominem quaſi fune arctiſſimè conſtringit, qualis eſt parturientis. Hebr.* חֵבֶל. 1 *Theſ.* 5 : 3. *Plur. emph.* ܚܒܠܐ *Matt.* 24 : 8. *Mar.* 13 : 8. ܚܒܠܘܗܝ dolores ejus, *Act.* 2 : 24; *affixum* πλεονάζει.

ܚܘܒܠܐ *m. emph.* Uſura, fœnus, *quod debetur pro accepto beneficio*, beneficium. *Plur. emph.* ܚܘܒܠܐ 1 *Tim.* 5 : 4. ܚܘܒܠܝ uſuræ meæ, 2 *Cor.* 6 : 13.

ܚܘܒܠܐ *m. emph.* Vaſtatio, cruciatus, *Apoc.* 18 : 7.

ܡܚܒܠܐ *m. emph.* Corruptor, corruptus; mollis, maſtuprator. *Plur. emph.* ܡܚܒܠܐ molles, 1 *Cor.* 6 : 9; μαλακοί. *Eſt participium Paël quod q. in nomen degeneravit.*

ܡܚܒܠܢܐ

ܡܚܒܠܢܐ *m. emph.* Exterminator, interfector, corruptor, vaſtator, 1 *Cor.* 10:10; *eſt nomen ex participio paël formatum.*

ܡܬܚܒܠܢܘܬܐ *f. emph.* Corruptio, corruptibilitas. *Eſt nomen à participio Ethpaal deductum.* ܠܐ ܡܬܚܒܠܢܘܬܐ incorruptio, incorruptibilitas, *Rom.* 2:7. 1 *Cor.* 15:50.53.54. 2 *Tim.* 1:10.

ܚܒܢ *m.* Piger factus eſt, otio torpuit, ſegnuit, ſocors fuit. *Ethpaal* ܐܬܚܒܢ & ܐܬܚܒܢ *m.* Idem.

ܚܒܢܢܐ *m. emph.* Piger, ignavus, ſocors, *Mat.* 25:26. *Plur. maſc.* ܚܒܢܢܐ *Rom.* 12:11.

ܚܒܢܢܘܬܐ *f. emph.* Ignavia, pigritia, 1 *Tim.* 5:13.

ܚܒܨ *m.* Preſſit, compreſſit, expreſſit: congregavit, conglobavit, coagulavit; preſſit lac ad eliciendum butyrum: & oppreſſit, expulſit, protruſit, ſtrinxit. *Benoni* ܚܒܨ *m.* premens, *Luc.* 8:42. 16:16. *Plur.* ܚܒܨܝܢ prementes, *Marc.* 5:24. Opprimentes, *verſ.* 31. Prementes, *Luc.* 8:45.

Futur. ܢܚܒܨܘܢܗ *m.* opprimerent eum, *Mar.* 3:9.

ܚܒܨܐ *m. emph.* Compreſſio, ſtrictio, aſtrictio, coarctatio, *Mar.* 5:27.

ܚܒܨܐ *m. emph.* Idem. *Eſt & nomen vocalis tertiæ.*

* חָבַר *Hebr.* Sociatus, aſſociatus, conſociatus, conjunctus fuit.

ܚܒܪ *m. Paël* Sociavit, aſſociavit, comitatus eſt.

ܚܒܪ *m.* Socius, ſodalis, collega, conſors, comes, amicus, proximus. *Hebr.* חָבֵר, *Chald.* חַבַר *emph.* חַבְרָא; *ita & Syriacè* ܚܒܪܐ Idem. *Cum aff.* ܚܒܪܗ ſocius ejus *m. vel* ſuus, *Luc.* 14:31; *Rex adverſarius in hoc loco vocatur ſocius, quia eſt ejuſdem conditionis & dignitatis: Tremellius. cap.* 23:40. *Act.* 7:27. Proximus ſuus, *Rom.* 13:8. 1 *Cor.* 10:24. *Phil.* 2:3.4. *Col.* 3:13. 2 *Theſ.* 1:3.

ܚܒܪܟ proximus tuus, *Rom.* 2:1. 1 *Cor.* 14:17. ܚܒܪܝ mi amice, *Mat.* 20:13. Socie mi, *cap.* 22:12. 26:50. ܚܒܪܟܘܢ ſocius veſter, 1 *Petr.* 5:1.

Fœm. emph. ܚܒܪܬܐ Socia. ܚܒܪܬܗ ſocia ejus *f. Mat.* 12:13. *Luc.* 6:10. 1 *Cor.* 14:7.

Plur.

Plur. maſc. ܚܰܒܪ̈ܝܢ, *emph.* ܚܰܒܪ̈ܐ. *Cum aff.* ܚܰܒܪ̈ܘܗܝ ſocii ſui, *Joh.* 11: 16. Proximi ſui, 1 *Petr.* 4: 10.
ܚܰܒܪ̈ܝܟ conſortes tui, *Hebr.* 1 : 9. ܚܰܒܪ̈ܝܗܘܢ ſodales ſui, *Mat.* 11: 16. Socii ſui, *Luc.* 5: 7. Sodales ſui, *cap.* 7: 32. Collegæ ſui, *Act.* 5: 21. Socii ſui, *cap.* 23: 32.
ܚܰܒܪ̈ܝܟܘܢ ſocii veſtri, 2 *Cor.* 8 : 8.

ܚܒܪܐ *m. emph.* Foſſa, fovea, *Mat.* 12 : 11. *Vide varias Lectiones, & infra in* ܚܒܪ

ܚܒܫ *m.* Clauſit, concluſit, incluſit, obſtrinxit, coarctavit, vincivit. *Hebr.* חָבַשׁ ligavit, alligavit, obligavit. Incluſit, *Act.* 16: 24. Concluſit, *Rom.* 11: 32. *Gal.* 3: 22.
ܚܒܫܗ concluſit eum, *Luc.* 3 : 20; *affixum abundat.* Obſtrinxit eam *promiſſionem*, *Hebr.* 6: 17.
ܚܒܫܘ *m.* incluſerunt, *Luc.* 5: 6. ܚܒܫܬܘܢ *m.* vinxeratis, *Act.* 5: 25.
Peïl plur. maſc. ܚܒܝܫܝܢܢ, *Gal.* 3: 23; *ex* ܚܒܝܫܝܢ concluſi & ܚܢܢ nos *compoſitum.*
Infinit. ܠܡܚܒܫܟܘܢ includere vos, *Gal.* 4: 17.

ܚܒܘܫܝܐ *m. emph.* Clauſtrum, carcer: anguſtia, anxietas, incluſio. Anguſtia, *Act.* 8: 33. *Rom.* 8: 35.
Plur. emph. ܚܒܘܫܝ̈ܐ anguſtiæ, 2 *Cor.* 6: 4. 12: 10. Carceres, *Hebr.* 11: 36.

ܚܒܠܬܐ ſtipula: *vide in* חָבַב.

* חגס ܚܓܝܣ *m.* Claudus, *Mat.* 18: 8. *i. q. ſequens* ܚܓܝܪ. ܣ *enim &* ܪ, *ut literæ homogeneæ, inter ſe commutantur. Eſt nomen formæ Peïl Peal. Emph.* ܚܓܝܣܐ Idem, *Marc.* 9: 45. *Plur. emph.* ܚܓܝܣ̈ܐ claudi, *Mat.* 21: 14. *Luc.* 14: 13. *Joh.* 5: 3.

חֲגַר *Chald.* Claudicavit, 2 *Sam.* 4: 4. *Paël* ܚܓܪ Idem.

ܚܓܝܪ *m.* Claudus. *Eſt formæ Peïl Peal.* Claudum *membrum*, *Hebr.* 12: 13. *Emph.* ܚܓܝܪܐ Claudus, *Act.* 3: 2. 4: 14. 14: 8. *Plur. emph.* ܚܓܝܪ̈ܐ Claudi, *Mat.* 11: 5. 15: 30. 31. *Luc.* 7: 22.

ܡܚܓܪ̈ܐ *plur. maſc. emph.* Claudi, *Luc.* 14: 21. *Act.* 8: 7. *Eſt formæ Participii Paël.*

ܚܕ *m.* Unus, unicus; quidam. *Sic & Chald.* חַד: *per aphæreſin primæ literæ ab Hebr.* אֶחָד. Unus, *Mat.* 5: 18. 19. 29. 30. 41. 6: 24. Quidam, *cap.* 8: 2. 5. 9: 18. 12: 10. Unus, *cap.* 16: 14. 18: 8. Una *ovis*, *verſ.* 12.

Unus,

Unus, *verſſ.* 14. 16. 24. Unus, *cap.* 19: 17. 20: 21. Quidam, *cap.* 21: 28. Unus, *cap.* 23: 8. 9. 10. 26: 14. 21. Primus, *cap.* 28: 1. Unicus, *Mar.* 12: 6. Quidam, *Luc.* 1: 5. Unus, *Joh.* 13: 21. Unum *corpus*, *Rom.* 12: 5. Unus, 1 *Cor.* 8: 6, *bis.* Unicus, 2 *Cor.* 11: 2. Unum *corpus*, *Eph.* 4: 4. Una *ſpes*, *ibid.* Unus, *verſſ.* 5. 6. 2 *Petr.* 3: 8, *bis.* *Apoc.* 5: 5. 6: 1. 7: 13. 9: 12. 13. 11: 13. 13: 3. 17: 1. 10. 13. 17. 18: 8. 21. 21: 9. 21, *bis.*

ܚܕ ܚܕ Unuſquiſque, ſinguli, ſigillatim. Unuſquiſque, *Mat.* 26: 22. *Marc.* 14: 19. *Luc.* 4: 40. 13: 15. 16: 5 *Joh.* 6: 7. Sigillatim, *cap.* 8: 9. Unuſquiſque, *Act.* 2: 3. Singuli, *Rom.* 12: 5. Sigillatim, 1 *Cor.* 14: 27. 31. Unumquodque *ſemen*, *cap.* 15: 38. Unuſquiſque, *Epheſ.* 4: 7. 1 *Theſ.* 2: 11.

ܟܠ ܚܕ ܚܕ Unumquodque *membrum*, 1 *Cor.* 12: 18. Unuſquiſque, *Eph.* 5: 33. *Apoc.* 5: 8. 6: 11.

ܟܠ ܚܕ Unuſquiſque, *Joh.* 7: 53. *Act.* 17: 27. *Apoc.* 2: 23. 20: 13. 21: 21. 22: 2. 12.

ܚܕ ܒܚܕ Alius in alium, εἰς ἀλλήλους, *Joh.* 13: 22. Alter alteri, *Act.* 7: 26. Alter in alterum, *cap.* 23: 7. Alter alteri, *Gal.* 5: 26. Alius in alium, *Col.* 3: 9. *Hebr.* 10: 24.

ܚܕ ܕܚܕ Alter alterius, *Joh.* 13: 14. *Rom.* 14: 19. 16: 16. 1 *Cor.* 16: 20. 2 *Cor.* 13: 12. *Gal.* 5: 17. 1 *Petr.* 5: 14.

ܚܕ ܡܢ ܝܡܝܢܟ ܘܚܕ ܡܢ ܣܡܠܟ unus à dextra tua, alter à ſiniſtra tua, *Mat.* 20: 21. ܚܕ ܡܬܕܒܪ ܘܚܕ ܡܫܬܒܩ unus aſſumetur, & alter relinquetur, *cap.* 24: 40. ܚܕ ܡܢ ܐܡܬܐ ܘܚܕ ܡܢ ܒܪܬ ܚܐܪܐ unus ex ancilla, & alter ex libera, *Gal.* 4: 22.

ܚܕ ܠܚܕ Alter alterum, *Mat.* 24: 10, *bis.* Alter ad alterum, *Mar.* 4: 41. Alter alteri, *Luc.* 8: 25. Alter alterum, *cap.* 12: 1. Alter ad alterum, *cap.* 24: 32. *Joh.* 11: 56. 12: 19. Alter alterum, *cap* 13: 34. 15: 12. 17. Alter ad alterum, *cap.* 16: 17. 19: 24. *Act.* 2: 7. 12. 4: 15. Alter alterum, *Rom.* 12: 10, *bis.* 13: 8. 14: 13. 1 *Cor.* 7: 5. 11: 33. Alter alteri, *Gal.* 5: 13. Alter alterum, *verſ.* 15. *Eph.* 4: 2. Alter alteri, *verſ.* 32. *cap.* 5: 21. Alter alterum, *Col.* 3: 13. Alter alteri, *ibid.* Alter alterum, 1 *Theſ.* 4: 9. 18. 5: 11, *bis.* *Tit.* 3: 3. Alter alteri, *Jacob.* 5: 16. Alter alterum, 1 *Petr.* 1: 22. 3: 8. 1 *Joh.* 3: 11. 18. 23. 4: 7. 11. 12. 2 *Joh.* *v.* 5.

ܚܕ ܠܘܬ ܚܕ alter erga alterum, *Joh.* 13: 35. *Eph.* 4: 32. 1 *Theſſ.* 3: 12.

ܚܕ ܡܢ ܚܕ Alter ab altero, *Mat.* 25: 32. *Joh.* 5: 44. *Act.* 15: 39. *Gal.* 5: 15. *Hebr.* 10: 25.

ܚܕ ܥܠ ܚܕ Alter in alterum, *Rom.* 1: 27. Alter erga alterum, *cap.* 15: 5. Alterum *membrum* pro altero, 1 *Cor.* 12: 25. Alter alterum, *Gal.* 5: 26. Alter adverſus alterum, *Jacob.* 5: 9. Alter pro altero, *verſ.* 16.

ܚܕ ܥܡ ܚܕ *Diſceptabant* alter cum altero, *Mar.* 1: 27. *Luc.* 2: 15. 6: 11. 24: 14. 15. 17. *Joh.* 6: 43. *Act.* 7: 26. Alter adverſus alterum, *cap.* 19: 38. Alter cum altero, *cap.* 26: 31. Alter adverſus alterum, 1 *Cor.* 6: 7.

ܚܕ ܒܡܐܐ Unum in centum, *Matt.* 19: 29; *quod Tremellius ita exponit: Unum auctum in centum, ut pro illo uno quod relinquit, centum recipiat. Eadem phraſis occurrit Marc.* 10: 30; *&* *Luc.* 8: 8, & facit fructus unum in centum. *Vide & varias Lectiones Luc.* 19: 8.

ܚܕ ܒܟܡܐ quantò magis, 1 *Cor.* 6: 3. 2 *Cor.* 3: 9.

ܡܢ ܚܕ Ab uno, illico, ſtatim, confeſtim, *Luc.* 14: 18; *Gr.* ἀπὸ μιᾶς. *Vide mox infra* ܡܢ ܚܕܐ *&* ܡܚܕܐ.

ܚܕܥܣܪ *m.* Undecim, *vide in* ܥܣܪ.

Fœm. ܚܕܐ Una, *Mat.* 5: 18. 36. 6: 27. 13: 46. 17: 4, *ter.* 18: 9. 20: 12. 21: 19. 24. 25: 15. 24. *Eph.* 4: 4. 5, *bis.* 2 *Petr.* 3: 8. *Apoc.* 6: 1. 15: 7. 17: 12. 18: 10. 16. 19. 21: 1. Joh. 18: 28.

ܚܕܐ ܚܕܐ Unaquæque, ſingulæ, ſigillatim, *Joh.* 21: 25. Unumquodque, *Hebr.* 9: 5. Singulæ, *Apoc.* 21: 21.

ܚܕܐ ܡܬܕܒܪܐ ܘܚܕܐ ܡܫܬܒܩܐ Una aſſumetur, & altera relinquetur, *Matth.* 24: 41.

ܒܚܕܐ In unum, unà, ſimul, pariter.

ܚܕܐ ܙܒܢ Unâ vice, ſemel, *Jud. verſſ.* 3. 5. *Quod & ſimpliciter dicitur* ܚܕܐ, aut ſubintellecto ܙܒܢ, *ut apud Hebr.* אַחַת ſemel, *ſubint.* פַּעַם: *vide Gram. Harm. de Dieu pag.* 128. 129.

ܡܢ ܚܕܐ 2 *Reg.* 5: 3. & ܡܚܕܐ [*ex præfixo* ܡ & ܚܕܐ *compoſitum*] Ab una, ſtatim, ſubitò, confeſtim, illico, repentè, protinus, *Mat.* 3: 16. Illico, *cap* 5: 28. Statim, *Apoc.* 4: 2. *vide Nicol. Fuller, Miſcell. libr.* 1. *cap.* 1.

ܚܕܥܣܪܐ *f.* Undecim, & ܚܕܥܣܪܬܐ Undecima, *vide in* ܥܣܪ.

ܚܕܐ ܚܕܝ *m.* Gaviſus, hilaris, exhilaratus, lætatus fuit. ܚܕܝ Gaviſus eſt, *Luc.* 23: 8. *Joh.* 8: 56. *Act.* 11: 23.

ܚܕܝܬ *f.* lætatus eſt *ſpiritus*, *Luc.* 1: 47. ܚܕܝܬ *c.* gaviſus ſum, *Phil.* 1: 18. 4: 10. 2 *Joh. v.* 4. 3 *Joh. v.* 3.

ܚܕܝܘ *m.* gaviſi ſunt, *Mat.* 2: 10. *Mar.* 14: 11. *Luc.* 22: 5. *Joh.* 20: 20. *Act.* 15: 31. 20: 15. *Hebr.* 11: 13.

ܚܕܝܢ *c.* gaviſi fuimus, 2 *Cor.* 7: 13.

Benoni ܚܕܐ *m.* Gaudens, *Matth.* 18: 13. Lætans, *Luc.* 13: 17. Gaudens, *cap.* 15: 5. 19: 6. *Joh.* 3: 29. 11: 15. *Act.* 8: 39. *Rom.* 7: 22. 16: 19. 1 *Cor.* 13: 6. 16: 17. 2 *Cor.* 7: 16. *Phil.* 1: 4. *Col.* 1: 24. 2: 5.

Plur. maſc. ܚܕܝܢ Gaudentes, congratulantes, *Luc.* 1: 58; *hîc cc* ܠܡܚܕܐ. Lætari, *cap.* 19: 37; *Participium ab alio verbo rectum aliquandò pro infinitivo ponitur: Lud. de Dieu Gram. Harm. pag.* 416. Gaudentes, *Joh.* 14: 28. *Act.* 5: 41. 13: 48. *Rom.* 12: 12. 15. 1 *Cor.* 7: 30, *bis.* 1 *Theſ.* 5: 16.

ܚܕܝܢ

ܚܕܝܢܢ gaudemus, 2 *Cor.* 6: 10. 13: 9; *ex* ܚܕܝܢ gaudentes & ܚܢܢ ſumus *compoſitum.*

Infinit. ܠܡܚܕܐ lætari, *Luc.* 15: 32. *Imperat.* ܚܕܝ ܠܟ ܘܫܠܡ *m.* ſalve tibi & vale, 2 *Joh. v.* 10. & *verſ.* 11 *ſemel legitur. Græca vox* χαίρειν *etiam ſalutandi notione venit Act.* 15: 23. 23: 26.

ܚܕܘ *m.* gaudete, M*at.* 5: 12. *Luc.* 6: 23. 10: 20. 15: 6. *Rom.* 12: 12. 2 *Cor.* 13: 11. *Phil.* 3: 1. 4: 4. 1 *Petr.* 4: 13.

ܚܕܝܝܢ *f.* gaudete, *Luc.* 15: 9. *Futur.* ܢܚܕܐ *m.* gaudebit, *Joh.* 16: 20. 22. ܢܚܕܘܢ *m.* gaudebunt, *Joh.* 4: 36. Hilares erunt, *Apoc.* 11: 10. ܬܚܕܘܢ *m.* gaudeatis, *Luc.* 10: 20. Gaudebitis, 1 P*etr.* 1: 6. ܢܚܕܐ *c.* gaudeamus, *Apoc.* 19: 7.

Paël ܚܕܝ *m.* Exhilaravit, lætificavit. *Futur.* ܢܚܕܝܢܝ *m.* exhilarabit me, 2 *Cor.* 2: 2. ܢܚܕܘܢܢܝ *m.* exhilararent me, *verſ.* 3.

ܚܕܘܐ *f.* Gaudium, lætitia, P*hil.* 2: 29. J*ac.* 1: 2. *Emph.* ܚܕܘܬܐ *Eſt hæc forma emphatica ſpecialis formationis: vide Gram. Harm. Lud. de Dieu pag.* 97. Gaudium, *Mat.* 2: 10. 13: 20. 28: 8. *Marc.* 4: 16. *Luc.* 1: 14. 44. 2: 10. 8: 13. 10: 17. 15: 7. 10. 24: 52. *Joh.* 3: 29. 16: 20. 21. *Act.* 8: 8. 13: 52. *Rom.* 14: 17. 15: 13. 32. 2 *Cor.* 7: 7. *Gal.* 5: 22. *Phil.* 1: 25. *Col.* 1: 12. 1 *Theſ.* 1: 6. 3: 9. 2 *Tim.* 1: 4. *Philem. v.* 7. Lætitia, *Hebr.* 1: 9. Gaudium, *cap.* 10: 34. 12: 2. 11. 13: 17. 1 *Petr.* 1: 8. 13. 2 J*oh. v.* 12. 3 J*oh. v.* 4. J*ud. v.* 25.

ܚܕܘܬܗ gaudium ſuum, M*at.* 13: 44. *Abundat hoc affixum* M*atth.* 25: 21. 23. ܚܕܘܬܗ gaudium ſuum, *Act.* 12: 14. ܚܕܘܬܝ gaudium meum, J*oh.* 15: 11. P*hil.* 2: 2. 4: 1. ܚܕܘܬܗܘܢ gaudium eorum *vel* ſuum, *Luc.* 24: 41. 2 *Cor.* 8: 2. ܚܕܘܬܟܘܢ gaudium veſtrum, J*oh.* 15: 11. 16: 22. 24; *vide Gram. Harm. de Dieu pag.* 167. 168. 169. ܚܕܘܬܢ gaudium noſtrum, 1 *Theſ.* 2: 19. 20. 1 J*oh.* 1: 4.

ܚܕܝܐ *m. emph.* Hilaris, 2 *Cor.* 9: 7.

ܚܕܝܐܝܬ Hilariter, lætè, libenter, alacriter. Hilariter, *Act.* 17: 11. 21: 17. 24: 10. 28: 7. Libenter, 2 *Cor.* 12: 9. 15.

ܚܕܝܐ *m. emph.* Pectus, *Apoc.* 15: 6. *Chald.* חֲדִי, *emph.* חֲדְיָא. *Ab Hebræo* חָזֶה, *mutato pro more* ז *in* ד. *Cum aff.* ܚܕܝܗ Pectus ejus *vel* ſuum, *Luc.* 18: 13. *Abundat hoc affixum* J*oh.* 13: 25. 21: 20.

Plur. ܚܕܝܢ, *emph.* ܚܕܝܐ. *Cum aff.* ܚܕܝܗܘܢ pectora ſua, *Luc.* 23: 48.

ܚܕܪ ܚܕ *m.* Univit, continuit, cohibuit. M*aſius.*

ܚܕ̈ܕܐ *m. plur. emph.* Ἀλλήλοι, invicem. *Luc.* 4 : 36. 23 : 12. *Joh.* 16 : 16. *Act.* 21 : 6. 28 : 25. *Rom.* 2 : 15. *Jac.* 4 : 11. 1 *Joh.* 1 : 7. *Apoc.* 6 : 4.

ܚܕܪ *m.* Ambivit, cinxit, circumdedit, circumivit, obſedit, obvallavit: mendicavit; *quaſi circumire hinc inde ad colligendum ſtipem. Deducitur à Chaldæo* חֲזַר, ז & ד *inter ſe commutatis.* ܚܕܪܘܗܝ *m.* circumdederunt eum, *Joh.* 10 : 24. *Act.* 25 : 7. ܚܕܪܘܗ̇ circumiverunt ea *caſtra*, *Apoc.* 20 : 9. *Benoni* ܚܳܕܰܪ *m.* mendicans, *Marc.* 10 : 46. *Luc.* 18 : 35. *Joh.* 9 : 8. *Peïl* ܡܳܐ ܕܶܝܢ ܕܚܙܰܝܬܽܘܢ ܠܐܘܪܫܠܶܡ ܕܚܕܝܪܐ ܠܗ̇ ܡܫܰܪܝܳܬܐ quum autem videritis Hieroſolymam quod cingat eam exercitus, *Luc.* 21 : 20. *Plur* ܚܕܝܪܝܢ *m.* circumdantes, *Matth.* 8 : 18. *Hebr.* 12 : 1; *in his eſt Peil pro Benoni: vide Gram. Harm. Lud. de Dieu pag.* 181.

Infinit. ܠܡܶܚܕܰܪ mendicare, *Luc.* 16 : 3.

Paël ܚܰܕܰܪ *m.* Idem *quod Peal. Aphel* ܐܰܚܕܰܪ *m.* Idem: *item* repetiit, reſtituit. ܐܰܚܕܪܳܗ̇ cinxit eam *vineam*, *Mat.* 21 : 33. *Mar.* 12 : 1.

ܚܳܕܽܘܪܳܐ *m. emph.* Mendicus, *Act.* 3 : 10.

ܚܽܘܕܳܪܳܐ *m. emph.* Circuitus, *Apoc.* 4 : 8.

ܚܕܳܪ *a.* ܚܕܳܪܰܝ Circum, circa: ad, juxta, prope. *Habet formam nominis maſc. plur. conſtructi.* Circa, *Matt.* 3 : 5. *Mar.* 1 : 16. *Luc.* 3 : 3.

ܚܕܳܪܰܘܗܝ circum eum, *Mar.* 3 : 32. *Act.* 9 : 39. ܡܶܢ ܚܕܳܪܰܘܗܝ ܕܟܽܘܪܣܝܳܐ circum thronum, *Apoc.* 4 : 3. ܡܶܢ ܚܕܳܪܰܘܗܝ ܕܬܪܳܘܢܳܘܣ Idem, *verſ.* 4. *Abſque præpoſito* ܡܶܢ *cap.* 5 : 11. & 7 : 11. ܚܕܳܪܶܝܗ̇ circa eum *ignem*, *Luc.* 22 : 55. ܚܕܳܪܰܝܗܶܝܢ circa eas, *Jud. verſ.* 7. ܚܕܳܪܰܝܢ circum nos, *Marc.* 6 : 36.

حَدَثَ חֲדַת *Arab.* De novo, & primùm extitit *res.* *Paël* ܚܰܕܶܬ *m.* Innovavit, renovavit, inſtauravit, reſtauravit. *Hebr.* חִדֵּשׁ, ש *dentali literâ pro more in lingualem* ܬ *mutatâ.* Innovavit, *Hebr.* 10 : 20. *Ethpaal* ܐܶܬܚܰܕܰܬ Renovatus, reſtauratus fuit. *Partic.* ܡܶܬܚܰܕܰܬ *m.* renovatur, 2 *Cor.* 4 : 16. *Col.* 3 : 10. *Futur.* ܢܶܬܚܰܕܰܬ *m.* renovaretur, *Eph.* 1 : 10. ܢܶܬܚܰܕܬܽܘܢ *m.* renoventur, *Hebr.* 6 : 6. ܬܶܬܚܰܕܬܽܘܢ *m.* renovabimini, *Eph.* 4 : 23.

ܚܕܬ

ܚܕܬ *m.* Novus, novum, *Act.* 17: 21. *Hebr.* חָדָשׁ, *Chald.* חֲדַת.
Emph. ܚܕܬܐ *m. Mat.* 9: 17, *bis.* 19: 28. 26: 29. 27: 60. *Mar.* 1: 27. 2: 22, *bis. Luc.* 5: 36, *ter.* 37, *bis.* 38. 39. *Joh.* 13: 34. 19: 41. *Act.* 17: 19. 2 *Cor.* 5: 18. *Eph.* 2: 15. 4: 24. *Col.* 3: 10. *Tit.* 2: 14. *Hebr.* 8: 13. 1 *Joh.* 2: 7. 8. 2 *Joh.* *v.* 5. *Apoc.* 2: 17. 3: 12.

Fœm. emph. ܚܕܬܐ Nova, *cum Thau aſpero, quia Thau radicale deficit, & latet in Thau illo quod nota eſt fœm. generis: vide Gram. Harm. Lud. de Dieu pag.* 31, *& ejuſdem Animad. in Apoc.* 2: 17. *Matth.* 9: 16. 26: 28. *Marc.* 2: 21, *bis.* 14: 24. *Luc.* 22: 20. 1 *Cor.* 5: 7. 11: 25. 2 *Cor.* 3: 6. 5: 17. *Gal.* 6: 15. *Hebr.* 8: 8. 9: 15. 12: 24. *Apoc.* 3: 12. 5: 9. 14: 3. 21: 1. 2.
Plur. *maſc. emph.* ܚܕܬܐ Mar. 16: 17. *Rom.* 6: 4. 2 Petr. 3: 13. *Apoc.* 21: 1.
Plur. Fœm. emph. ܚܕܬܬܐ *Mat.* 9: 17. 13: 52. *Mar.* 2: 22. *Luc.* 5: 38. *Apoc.* 21: 5.

ܚܕܬܐܝܬ Novè, de novo, recenter, *Marc.* 14: 25.

ܚܘܕܬܐ *m. emph.* Initiatio, dedicatio, renovatio. Dedicatio, *Num.* 7: 10. 11. *Joh.* 10: 22; *Gr.* ἐγκαίνια, Encænia: *renovebatur enim in feſto Encæniorum memoria dedicationis templi quæ contigit ſub* Juda *Machabæo, & deſcribitur* 1 *Machab.* 4. Renovatio, *Rom.* 12: 2. *Tit.* 3: 5.

ܚܕܬܘܬܐ *f. emph.* Novitas, καινότης, *Rom.* 7: 6.

ܚܘܒ ܚܒ *m.* Reus fuit, debuit, peccavit, condemnatus eſt. ܚܒܬܘܢ *m.* peccaſtis, 1 *Cor.* 6: 7. *Benoni* ܚܝܒ *m.* reus eſt, Mat. 23: 16. 18. *Futur.* ܬܚܘܒܘܢ *m.* debeatis, *Rom.* 13: 8. *Ethpeel* ܐܬܚܝܒ *m.* Debitus eſt. *Partic.* ܡܬܚܝܒ *m.* debetur, *Rom.* 4: 4. 13: 7. Debita *dilectio*, 1 *Cor.* 7: 3.
Paël ܚܝܒ *m.* Damnavit, condemnavit, debitorem, reum effecit, peregit. Condemnavit, *Tit.* 3: 11. Damnavit, 2 Petr. 2: 6. ܚܝܒܗ condemnavit eum, *Hebr.* 11: 7; *affixum* πλεονάζει. ܚܝܒܘ *m.* damnabant, *Act.* 26: 10. ܚܝܒܬܘܢ *m.* condemnaſtis, *Jacob.* 5: 6. *Partic. præſ.* ܡܚܝܒ *m.* condemnans, *Rom.* 1: 32. 2: 1. *Plur. maſc.* ܡܚܝܒܝܢ condemnantes, *Mat.* 12: 7. *Partic. præt.* ܡܚܝܒ *m.* reus factus, *Mat.* 5: 21. 22. Damnatus, *Act.* 22: 25. Reus factus, 1 *Cor.* 11: 27. Obnoxium, condemnatum *peccatum*, 1 *Joh.* 5: 16. *Plur. fœm.* ܡܚܝܒܢ condemnatæ, *Jud.* *v.* 7. *Infinit.* ܠܡܚܝܒܘܬܟܘܢ culpabiles, reos efficere vos, *Col.* 2: 18. *Futur.*

ܬܚܝܒ *f.* condemnabit, *Luc.* 11 : 31. ܬܚܝܒܝܗ condemnabit eam, *Mat.* 12: 42. Condemnaret id *peccatum*, *Rom.* 8: 3; *affixum in hoc loco abundat.*

ܢܚܝܒܘܢܝܗܝ *m.* condemnabunt eum, *Mat.* 20: 18. *Mar.* 10: 33.

ܢܚܝܒܘܢܗ condemnabunt eam, *Matth.* 12: 41. *Luc.* 11: 32.

ܬܚܝܒܘܢ *m.* condemnabitis, *Luc.* 6: 37.

Ethpaal ܐܬܚܝܒ *m.* Damnatus, condemnatus, reus factus eſt, debitor fuit. Damnatus eſſet, *Mat.* 27: 3. Reus factus eſt, *Rom.* 14: 23. *Jac.* 2: 10.

Partic. ܡܬܚܝܒ *m.* condemnatus, *Mar.* 16 : 16. *Plur. maſc.* ܡܬܚܝܒܝܢ condemnati, *Luc.* 6: 37.

Futur. ܢܬܚܝܒ *m.* debitor ſit, *Rom.* 3: 19. ܬܬܚܝܒ *f.* condemnaretur, *cap.* 7: 13; *abſque jud paragogico.*

ܬܬܚܝܒ *m.* condemnaberis, *Mat.* 12 : 37. ܬܬܚܝܒܘܢ *m.* obnoxii ſitis *judicio*, *Jac.* 5: 12. ܢܬܚܝܒ *c.* condemnemur, 1 *Cor.* 11 : 32.

ܚܘܒܐ Amor, dilectio, charitas: *vide ſupra in* חָבַב.

ܚܘܒܐ *m. emph.* Reatus, culpa, noxa, debitum, peccatum, iniquitas. ܡܪܐ ܚܘܒܐ dominus debiti, *i.e.*, creditor, fœnerator, *Luc.* 7: 41. *Plur. cum aff.* ܚܘܒܝܢ debita noſtra, *Mat.* 6: 12. *Col.* 2: 14.

ܚܘܒܬܐ *f. emph.* Idem. Debitum, *Mat.* 18: 32. ܚܘܒܬܗ debitum ejus, *verſ.* 27.

ܚܝܒ *m.* Debitor, reus. Debitor *erat*, debebat, *Mat.* 18: 24. 28. 30. 34. Reus, *Mar.* 14: 64. Debitor, *Luc.* 7: 41. 16: 5. 7. Reus, *Joh.* 19: 7. Debitor, *Rom.* 1: 14. 1 *Cor.* 11: 7. 2 *Tim.* 2: 24. *Tit.* 1: 7. *Philem. v.* 19. *Hebr.* 5: 3. 9: 26. 11: 6. ܚܝܒܘ debitor ſit, debeat, *Gal.* 5: 3; *hic pronomen* ܗܘ *concrevit cum nomine* ܚܝܒ: *vide Gram. Harm. Lud. de Dieu pag.* 136. 137.

Fœm. ܚܝܒܬܐ Debitrix, 1 *Cor.* 11: 10.

Plur. maſc. ܚܝܒܝܢ Debitores, rei. Debitores, *Luc.* 17: 10. *Joh.* 13: 14. *Rom.* 15: 27. 1 *Cor.* 5: 10. 2 *Cor.* 12: 11. 14. *Tit.* 1: 7. *Hebr.* 5: 12.

Emph. ܚܝܒܐ *Luc.* 7: 41. 16: 5. ܚܝܒܝܢܢ debemus, *ex* ܚܝܒܝܢ & ܚܢܢ nos *vel* ſumus *compoſitum*, *Act.* 17: 29. *Rom.* 8: 12. 15: 1. 2 *Cor.* 4: 8. (*in hoc loco vertitur* condemnamur: *verti etiam poſſet* rei ſumus; *ut juſtitia cauſæ intelligatur.*) *vide varias Lectiones.*

Cum aff. ܚܝܒܝܢ debitores noſtri, *Mat.* 6: 12. *Luc.* 11: 4.

ܚܘܝܒܐ *m. emph.* Debitum, condemnatio, *Rom.* 5: 16. 18. 1 *Cor.* 11: 29. 2 *Cor.* 3: 9. *Jud. v.* 4.

ܚܘܝܒܘܬܐ

ܚܝܒܘܬܐ *f. emph.* Damnatio, condemnatio, *Rom.* 8 : 1. 1 *Cor.* 11 : 34. ܚܝܒܘܬܗܘܢ condemnatio eorum, *Rom.* 11 : 12.

ܡܚܝܒܘܬܐ *f. emph.* Condemnatio. ܠܡܚܝܒܘܬܟܘܢ ad condemnationem veſtram, 2 *Cor.* 7 : 3.

* חוה ܚܘܝ *m.* P*aël* Indicavit, annunciavit, renunciavit, manifeſtavit, patefecit, arguit, oſtendit, oſtentavit, monſtravit, commonſtravit, demonſtravit, probavit, præbuit, exhibuit, præſtitit. *Hebr.* חִוָּה. Oſtendit, *Act.* 1 : 3. L*uc.* 24 : 40. *Joh.* 20 : 20. 21 : 1, *bis.* 2 *Tim.* 1 : 10. *Apoc.* 21 : 10. 22 : 1.

ܚܘܝܗ Oſtendit ei, M*at.* 4 : 8. L*uc.* 4 : 5. Oſtenderat ei, *Act.* 7 : 44. ܚܘܝܢܝ oſtendit mihi, *Act.* 10 : 28. 2 *Tim.* 4 : 14. ܚܘܝܟܘܢ commonſtravit vobis, M*at.* 3 : 7. L*uc.* 3 : 7. ܚܘܝܬ *c.* oſtendi, *Gal.* 2 : 18. ܚܘܝܬܗ oſtendi illud, *Gal.* 2 : 2. ܚܘܝܬܟܘܢ oſtendi vobis, *Act.* 20 : 35. J*oh.* 10 : 32. ܚܘܝܘ *m.* renunciarunt, M*att.* 8 : 33. 14 : 12. Oſtendebant, *Act.* 28 : 2. ܚܘܝܬܘܢ *m.* oſtendiſtis, 2 *Cor.* 7 : 11. *Hebr.* 6 : 10. P*artic. præſ.* ܡܚܘܐ *m.* oſtendens, *Mar.* 14 : 15. *Luc.* 22 : 12. J*oh.* 5 : 20, *bis.* *Act.* 9 : 22. 17 : 3. Demonſtrans, *cap.* 18 : 28. Oſtendens, *Rom.* 5 : 8. J*ac.* 2 : 18. Indicans, *Apoc.* 22 : 8.

Fœm. ܡܚܘܝܐ arguens, *Hebr.* 9 : 16. Oſtendens, *cap.* 12 : 27. Indicans, 1 P*etr.* 1 : 11. P*lur. maſc.* ܡܚܘܝܢ oſtendentes, M*att.* 24 : 1. *Rom.* 2 : 15. *Hebr.* 11 : 14. Manifeſtantes, J*ud.* ℣. 13. ܡܚܘܝܢܢ oſtendimus, 2 *Cor.* 4 : 2; *ex* ܡܚܘܝܢ oſtendentes & ܚܢܢ ſumus *compoſitum.* P*lur. fœm.* ܡܚܘܝܢ oſtendentes, *Act.* 9 : 39. *Infinit.* ܠܡܚܘܝܘ Indicare, M*at.* 16 : 21. Manifeſtare, *Joh.* 14 : 22. Ad indicandum, *Apoc.* 1 : 1. 22 : 6.

Imperat. ܚܘܐ *m.* oſtende, M*at.* 8 : 4. M*ar.* 1 : 44. L*uc.* 5 : 14. J*oh.* 7 : 4. *Act.* 1 : 24. *Tit.* 2 : 7.

ܚܘܐܢܝ oſtende mihi, J*ac.* 2 : 18. ܚܘܐܢ oſtende nobis, J*oh.* 14 : 8. 9. ܚܘܘ *m.* oſtendite, L*uc.* 17 : 14. 2 *Cor.* 8 : 24. ܚܘܘܢܝ renunciate mihi, *Mat.* 2 : 8. oſtendite mihi, *cap.* 22 : 19. *Luc.* 20 : 24.

Futur. ܢܚܘܐ *m.* oſtenderet, M*at.* 16 : 1. Oſtendet, *cap.* 24 : 29. Oſtenderet, J*oh.* 12 : 33. 21 : 19. Oſtendere, *Rom.* 9 : 22; *hoc in loco eſt futurum cum præfixo Dolath loco infinitivi.* Oſtenderet, *Epheſ.* 2 : 7. Oſtendat, 2 *Theſ.* 1 : 10. Oſtentet, *cap.* 2 : 4.

Oſtenderet,

Oſtenderet, 1 *Tim.* 1: 16. Oſtendat, *Hebr.* 6: 11. Oſtendere, *verſ.* 17; *eſt hic futurum cum præfixo dolath pro infinitivo.* Oſtendat, *Jacob.* 3: 13.

ܢܚܘܝܘܗܝ Oſtendet, 1 *Tim.* 6: 15; *affixum abundat.* ܢܚܘܝܟܘܢ annunciabit vobis, *Joh.* 16: 14. 15. Indicare vobis, 2 *Cor.* 3: 1; *hoc in loco iterum eſt futurum cum præfixo dolath loco infinitivi.*

ܐܚܘܐ *c.* oſtenderem, *Rom.* 9: 17. Oſtendam, *Apoc.* 4: 1. 17: 1. 21: 9. ܐܚܘܝܘܗܝ oſtendam ei, *Joh.* 14: 21. *Act.* 9: 16. ܐܚܘܝܟ oſtendam tibi, *Act.* 7: 3. ܐܚܘܝܟܘܢ oſtendam vobis, *Luc.* 6: 47. 12: 5. 1 *Cor.* 12: 31. ܢܚܘܘܢ *m.* probent, *Act.* 24: 13. Demonſtrare, *Act.* 25: 7; *& hoc in loco eſt futurum cum præfixo dolath loco infinitivi*; *ita & verſ.* 18. Oſtendant, *Tit.* 2: 10. 3: 2.

ܢܚܘܐ *c.* oſtendamus, 2 *Cor.* 6: 4.

ܚܘܝܐ *m.* Serpens. *Chald.* חִוְיָא. *Mat.* 7: 10. *Luc.* 11: 11. *Joh.* 3: 14. 2 *Cor.* 11: 3. *Apoc.* 12: 9. 14. 15. 20: 2.

Plur. emph. ܚܘܘܬܐ ſerpentes, *Mat.* 10: 16. 23: 33. *Mar.* 16: 18. *Luc.* 10: 19. 1 *Cor.* 10: 9. *Apoc.* 9: 19.

ܬܚܘܝܬ *f.* Oſtenſio, demonſtratio, indicium, exemplum, exemplar, ſpecies, ſpecimen, inſtructio, argumentum. *Emph.* ܬܚܘܝܬܐ. Oſtenſio, *Rom.* 3: 26. Demonſtratio, 1 *Cor.* 2: 4. Indicium, 2 *Cor.* 8: 24. *Phil.* 1: 28. Oſtenſio, 2 *Theſ.* 1: 5. Exemplum, 1 *Tim.* 1: 16. 2 *Petr.* 2: 6.

Cum aff. ܕܬܚܘܝܬܗ Oſtenſionis ejus, *Luc.* 1: 80.

ܚܘܛ ܚܛ *m.* Suit, aſſuit, conſuit, inſuit. *Benoni* ܚܐܛ *m.* aſſuens, *Marc.* 2: 21.

ܚܝܛܐ Sutura, *Joh.* 19: 23; *in Lexico Schindleri vertitur* ſuta, *tanquam Peil fœmininum.*

ܚܛܝܐ *m. emph.* Sutura: & Abortus, abortivus, 1 *Cor.* 15: 8. *Obſerva hic, literas* ܛ & ܝ, *ubi ſimul connectendæ ſunt, ita non rarò exprimi, ut ea, quæ præponi debet, poſtponatur; hoc ipſum in hac voce puto eſſe factum in omnibus Editionibus, atque Lexicis; in quibus reperitur* ܚܛܝܐ: *& à Lexicographis refertur ad radicem* ܚܛܐ peccavit. *Ab hac quidem radice quoque Caſtellus deducit; verùm hic etiam habet* ܚܛܝܐ Sutura, abortus *inter derivata radicis* ܚܘܛ. *Confer ſupra pag.* 101 *ea quæ obſervata ſunt ad vocem* ܕܚܛܝܬܐ. *Plur. emph.* ܚܛܝܐ abortus, *Job* 3: 15.

חויט

חול *Hebr.* Dolere: manere, permanere, *Arab.* حال חאל Vi polluit, potens, validuſque fuit. *Hinc Paël Chald.* חַיֵּל, *Syr.* ܚܝܠ *m.* Roboravit, corroboravit, confortavit, confirmavit: miniſtravit, militiam *vel* miniſterium obiit. ܚܝܠܢܝ roboravit me, 1 *Tim.* 1: 12. 2 *Tim.* 4: 17. ܚܝܠܘ *m.* corroborarunt, *Act.* 15: 32. *Partic. præſ.* ܡܚܝܠ *m.* corroborans, *Luc.* 22: 43. *Phil.* 4: 13.
Ethpaal ܐܬܚܝܠ *m.* Roboratus, corroboratus eſt, invaluit, validus factus eſt, fortis fuit, roboravit ſe. Corroboratus eſt, *Act.* 9: 19. Invaluit, *cap.* 19: 16. Corroboratus eſt, *Rom.* 4: 20.
ܐܬܚܝܠܘ *m.* validi facti ſunt, *Hebr.* 11: 34. *Partic.* ܡܬܚܝܠ *m.* corroborabatur, *Luc.* 1: 80. 2: 40. *Act.* 9: 22.
Imperat. ܐܬܚܝܠ *m.* fortis eſto, *Act.* 23: 11. 2 *Tim.* 2: 1. ܐܬܚܝܠܘ *m.* eſtote fortes, *Eph.* 6: 10. *Futur.* ܬܬܚܝܠܘܢ *m.* corroboremini, *Col.* 1: 11. ܢܬܚܝܠ *c.* corroboremur, 1 *Petr.* 5: 10.

ܚܠܐ *m. emph.* Arena. *Hebr.* חוֹל, *Chald.* חָל, *emph.* חָלָא. *Arena ſic dicta, quod dolorem & moleſtiam ambulantibus afferat: Buxtorfius. Vel, quod in littore permaneat ſeu jaceat: Schindlerus.* *Mat.* 7: 26. *Rom.* 9: 27. *Hebr.* 11: 12. *Apoc.* 12: 18. 20: 8.

ܚܝܠ *m.* Vis, robur, fortitudo, virtus, miraculum, potentia, poteſtas, facultas; militia, exercitus. Virtus, *Act.* 4: 7; *vide hic var. Lect.* Potentia, *Rom.* 1: 4. Virtus, *Col.* 1: 11. 2 *Theſ.* 2: 9.

ܚܝܠܐ *m. emph.* Idem. *Hebr.* חַיִל, *Chald. emph.* חֵילָא *vel* חַיְלָא: *Arab.* حول חול potentia, & حيل חיל virtus, vis. Potentia, *Matt.* 6: 13. 24: 30. 26: 64. Vis, *Mar.* 5: 30. Miraculum, *cap.* 6: 5. Poteſtas, *cap.* 9: 1. Virtus, *cap.* 12: 33. Potentia, *cap.* 13: 26. 14: 62. Virtus, *Luc.* 1: 17. 4: 14. 36. 5: 17. 6: 19. 8: 46. 9: 1. Exercitus, *cap.* 21: 20. Potentia, *verſ.* 27. Virtus, *cap.* 22: 69. 24: 49. *Act.* 1: 8. 4: 33. 6: 8. 10: 38. 19: 20. *Rom.* 1: 16. 15: 19, *bis.* 1 *Cor.* 1: 18. 24. 2: 4. 5. 4: 20. Robur, *cap.* 15: 43. Vis, *verſ.* 56. Virtus, 2 *Cor.* 4: 7. 6: 7. Potentia, *cap.* 10: 4. Exercitus, *cap.* 11: 32. Virtus, 13: 4. *Eph.* 3: 16. 20. Vis, *Phil.* 3: 10. Potentia, *cap.* 4: 13. Virtus, *Col.* 1: 29. 2: 12. 1 *Theſ.* 1: 5. 2 *Theſ.* 1: 7. 2 *Tim.* 1: 7. 8. *Hebr.* 1: 3. 6: 5. 7: 16. Vis, *cap.* 11: 11. Virtus, 1 *Petr.* 1: 5. 4: 11. Potentia, 2 *Petr.* 1: 3. Virtus, *cap.* 2: 11. Robur, *Apoc.* 1: 16. Fortitudo, *cap.* 3: 8. Potentia, *cap.* 4: 11. Robur, *cap.* 5: 12. 7: 12. 11: 17. Potentia, *cap.* 12: 10. 13: 2. 15: 8. 17: 13. 18: 3. 19: 1.
Cum aff. ܚܝܠܗ Virtus ejus *m.* *Matth.* 22: 29; *affixum abundat.* Facultas ſua, *Matth.* 25: 15. Virtus ejus, *Marc.* 12: 24. *Luc.* 1: 35; *in hoc & præcedente loco affixum* πλεονάζει. Virtus ejus, *Rom.* 1: 20. Potentia ſua, *Rom.* 9: 22. Virtus ejus, 1 *Cor.* 5: 4; *affixum hic abundat.* Virtus ſua, 1 *Cor.* 6: 14. Virtus ejus, *Epheſ.* 1: 19. 3: 7. Robur ejus, *cap.* 6: 10. Virtus ejus, 2 *Theſ.* 1: 9.

Y ܚܝܠܗ

ܚܝܠܗ vis ejus *f. Jac.* 5 : 16 ; *affixum* πλεονάζει. ܚܝܠܟ Virtus tua, *Mat.* 22 : 37. *Mar.* 12 : 30. *Luc.* 10 : 27. ܚܝܠܝ virtus mea, *Rom.* 9 : 17. 2 *Cor.* 12 : 9. ܚܝܠܗܘܢ virtus eorum, 1 *Cor.* 4 : 19. Facultas ſua & eorum, 2 *Cor.* 8 : 3, ܚܝܠܢ vis noſtra, 2 *Cor.* 1 : 8. *Plur.* ܚܝ̈ܠܝܢ Poteſtates, 1 *Cor.* 15 : 24. *Emph.* ܚܝ̈ܠܐ virtutes, *Mat.* 7 : 22. 11 : 21. 23. 13 : 54. 14 : 2. 24 : 29. *Mar.* 6 : 2. 14. 9 : 39. *Luc.* 10 : 13. 19 : 37. 21 : 26. Exercitus, *cap.* 22 : 4. 52. Virtutes, *Act.* 2 : 22. 8 : 13. 19 : 11. 1 *Cor.* 12 : 10. 28. 29. 2 *Cor.* 6 : 7. 12 : 12. *Gal.* 3 : 5. *Epheſ.* 1 : 21. 3 : 20. *Hebr.* 2 : 4.

Cum affix. ܚܝ̈ܠܘܗܝ virtutes ejus, *Mat.* 11 : 20.

ܚܝܠܘܬܐ *f. emph.* Exercitus, virtus, poteſtas. *Plur. emph.* ܚܝ̈ܠܘܬܐ Virtutes, *Mar.* 13 : 25. Exercitus, *Luc.* 2 : 13. *Act.* 7 : 42. Virtutes, 1 *Cor.* 12 : 6. Poteſtates, 1 *Petr.* 3 : 22.

ܚܝ̈ܠܘܬܗ exercitus ſuos, *Matth.* 22 : 7.

ܚܝܠܬܢ *a.* ܚܝܠܬܢ *m.* Potens, validus, fortis, robuſtus. Validus, *Mar.* 1 : 7. Potens, *Luc.* 1 : 49. Validus, *cap.* 3 : 16. Potens, *cap.* 24 : 19. 2 *Cor.* 12 : 10. 13 : 3. *Emph.* ܚܝܠܬܢܐ *a.* ܚܝܠܬܢܐ Potens, 1 *Tim.* 6 : 15. Fortis, *Apoc.* 5 : 2. 10 : 1. 18 : 2. Potens, *verſ.* 8.

Fœm. ܚܝܠܬܢܝܬܐ *a.* ܚܝܠܬܢܝܬܐ Robuſta, 1 *Cor.* 1 : 25. *Emph.* ܚܝܠܬܢܝܬܐ *a.* ܚܝܠܬܢܝܬܐ validus *clamor*, *Hebr.* 5 : 7. Fortis, *Apoc.* 18 : 10. *vide Gram. Harm. Lud. de Dieu pag.* 100.

Plur. maſc. ܚܝܠܬܢܝܢ *a.* ܚܝܠܬܢܝܢ validi, 2 *Cor.* 13 : 9. Fortes, 1 *Joh.* 2 : 14. *Emph.* ܚܝܠܬܢܐ *a.* ܚܝܠܬܢܐ robuſti, *Rom.* 15 : 1. Potentes, 1 *Cor.* 1 : 26. 27. Robuſti, *cap.* 4 : 10. *Hebr.* 11 : 34. Fortes, *Apoc.* 6 : 15. Fortia *tonitrua*, *cap.* 19 : 6. Fortes, *verſ.* 18.

ܡܚܝܠ *m.* Impotens, infirmus, debilis: *per antiphraſin.* Infirma *lex*, *Rom.* 8 : 3. Infirmus, 2 *Cor.* 13 : 3.

Emph. ܡܚܝܠܐ debilis, *Apoc.* 3 : 17. *Plur. maſc.* ܡܚܝ̈ܠܝܢ, infirma *membra*, 1 *Cor.* 12 : 22. ܡܚܝܠܝܢܢ, *ex* ܡܚܝ̈ܠܝܢ infirmi & ܚܢܢ nos *vel* ſumus *compoſitum*, 2 *Cor.* 13 : 4. *Emph.* ܡܚܝ̈ܠܐ infirmi, *Rom.* 15 : 1. 1 *Cor.* 7 : 6. Debiles, 1 *Theſ.* 5 : 14. Debilia *vaſa*, 1 *Petr.* 3 : 7.

ܡܚܝܠܘܬܐ *f. emph.* Impotentia, infirmitas, debilitas. Infirmitas, 2 *Cor.* 13 : 4. ܡܚܝܠܘܬܗ impotentia ejus, *Hebr.* 7 : 18.

ܚܘܣ ܚܣ *m.* Propitius fuit, pepercit, *Rom.* 8 : 32. 11 : 21. *Vox hæc uſurpatur pro* abſit, *particulâ avertendi mali*, *Mat.* 16 : 22. *Act.* 10 : 14. 11 : 8. *Rom.* 3 : 4. 6. 31. 6 : 2. 15. 7 : 7. 13. 9 : 14. 11 : 1. 11. 1 *Cor.* 6 : 15. *Gal.* 2 : 17. 3 : 21. *vide Lud. de Dieu Comment. in* Mat. 16 : 22.

Benoni

Benoni ܚܐܣ *m.* parcens, 1 *Cor.* 7 : 28. 2 *Cor.* 1 : 23. ܚܐܣܢܐ parco, *cap.* 12 : 6; *ex* ܚܐܣ parcens & ܐܢܐ ſum *compoſitum*. *Plur. maſc.* ܚܝܣܝܢ parcentes, *Act.* 20 : 29. *Col.* 2 : 23.

Futur. ܢܚܘܣ *m.* parcet, *Rom.* 11 : 21. ܐܚܘܣ *c.* parcam, 2 *Cor.* 13 : 2.

ܚܘܣܝܐ *m. emph.* Propitiator; venia, propitiatio; propitiatorium, *Rom.* 3 : 25. *Hebr.* 9 : 5; *Gr.* ἱλαστήριον. Propitiatio, 1 *Joh.* 4 : 10; *Gr.* ἱλασμός.

ܚܘܣܢܐ *m. emph.* Parſimonia, 2 *Cor.* 9 : 6.

ܚܘܨ ܚܨ *m.* Strinxit, coarctavit; inculcavit, infarſit, conſtipavit. *Pael* ܚܝܨ *m.* Cinxit, ſuccinxit, obduxit extrinſecus confirmandi cauſa. *Hebr.* חוץ Foris, extra, extrinſecus. *Partic. præſ.* ܡܚܝܨܝܢ *m.* extrinſecus cingentes, *Act.* 27 : 17.

ܚܝܨܐ *m. emph.* Linteum, ſindon, faſcia, *rem cingens*. Faſcia, *Mat.* 27 : 59. *Luc.* 23 : 53.

ܚܝܨܐܠ *Pariſ. maj.* & *Angl.* Stricte, *Guido* circum, *Tremell.* *Pariſ. min.* *Troſt.* intrinſecus.

ܚܘܪ ܚܪ *m.* Vidit, providit, attendit, circumſpexit, proſpexit, reſpexit, aſpexit, ſuſpexit, ſpectavit, exſpectavit, conſpicatus, intuitus, contemplatus eſt. *Conſtr. cum* ܒ
Reſpexit, *Mat.* 14 : 19. Intuitus eſt, *cap.* 19 : 26. *Mar.* 3 : 5. 34. Suſpexit, *cap.* 6 : 41. 7 : 34. Aſpexit, *cap.* 8 : 24. Intuitus eſt, *verſ.* 33. *Cap.* 10 : 21. 23. 27. Reſpexit, *Luc.* 1 : 25. 48. Intuitus eſt, *cap.* 6 : 10. 9 : 16. 20 : 17. 21 : 1. 22 : 61. *Joh.* 1 : 36. 42. *Act.* 3 : 5. 7 : 55. 10 : 4. 13 : 9. Intuitus eſſet, *cap.* 23 : 1. Providerat, *Hebr.* 11 : 40. Reſpexerit, *Jacob.* 1 : 25.

ܚܪܬ *f.* intuita eſt, *Mar.* 14 : 67. *Luc.* 22 : 56. ܚܪܬ *c.* intuitus ſum, *Act.* 11 : 6. 22 : 13. ܚܪܘ *m.* aſpicerent, *Mar.* 9 : 8. Intuebantur, *Joh.* 13 : 22. Intuiti ſunt, *Act.* 3 : 4. Conſpicati ſunt, *cap.* 27 : 39.

ܚܪܝ *f.* intuitæ ſunt, *Mar.* 16 : 4. *Benoni* ܚܐܪ *m.* circumſpiciens, *Marc.* 5 : 32. Reſpiciens, *cap.* 12 : 14. Spectans, *verſ.* 41. Reſpiciens, *Luc.* 9 : 62. Spectans, *Act.* 27 : 12. Intuens, *Hebr.* 11 : 26. Proſpiciens, *Jacob.* 3 : 4.

Plur. maſc. ܚܝܪܝܢ exſpectantes, *Luc.* 8 : 40. *Gr.* προσδοκῶντες. Intuentes, *Act.* 1 : 10. 11. 3 : 12. 2 *Cor.* 10 : 7. 2 *Petr.* 1 : 19.

ܚܝܪܝܢܢ ſpectamus, 2 *Cor.* 4 : 18; *ex* ܚܝܪܝܢ ſpectantes & ܚܢܢ nos *vel* ſumus *compoſitum*. *Plur. fœm.* ܚܝܪܢ intuentes *Luc.* 4 : 20.

Infinit. ܠܡܚܘܪ contemplari, 2 *Cor.* 3: 7. *Imperat.* ܚܘܪ *m.* intuere, *Act.* 3: 4. 4: 29. ܚܘܪܘ *m.* attendite, *Matth.* 6: 1. Intueamini, *verſ.* 26.
Futur. ܢܚܘܪ *m.* intueri, *Act.* 7: 32; *futurum cum præfixo* ܢ *loco infinitivi.* ܢܚܘܪܘܢ *m.* intuebuntur, *Joh.* 19: 37. 2 *Cor.* 3: 13. ܬܚܘܪܘܢ *m.* reſpexeritis, *Jacob.* 2: 3. ܢܚܘܪ *c.* ſpectemus, *Hebr.* 10: 24. Intueamur, *cap.* 12: 2.

ܚܘܪܐ *m. emph.* Forma, *ad quam in rebus fidei & vitæ reſpicitur,* 2 *Tim.* 1: 13; *Gr.* ὑποτύπωσις.

ܚܘܪ *m.* Albuit, albus, candidus factus eſt. *Chald.* חִוַּר. ܚܘܪܘ *m.* candida facta ſunt *veſtimenta*, *Mat.* 17: 2. *Luc.* 9: 29. Albæ factæ ſunt *terræ*, *Joh.* 4: 35.
Paël ܚܘܪ *m.* Dealbavit, candidum reddidit. ܚܘܪܘ *m.* dealbarunt, *Apoc.* 7: 14. *Partic. præt. fœm. emph.* ܡܚܘܪܬܐ dealbatus *paries*, *Act.* 23: 3.
Aphel ܐܚܘܪ *m.* Idem *quod Paël.* *Partic. præt.* ܡܚܘܪ *m.* dealbatus, candidatus; candidum *veſtimentum*, *Marc.* 9: 3; *Participium in nomen degeneravit*
Infinit. ܠܡܚܘܪܘ candidum facere, *ibid.*

ܚܘܪ *m.* Albus, candidus, *Mat.* 28: 3. *Chald.* חִוָּר. *Emph.* ܚܘܪܐ, *Apoc.* 1: 14. 2: 17. 3: 18. 6: 2. 19: 11. 20: 11.
Fœm. emph. ܚܘܪܬܐ *Mat.* 5: 36. *Mar.* 16: 6. *Apoc.* 6: 11. 14: 14.
Plur. maſc. ܚܘܪܝܢ *Apoc.* 1: 14. *Emph.* ܚܘܪܐ *Joh.* 20: 12. *Act.* 1: 10. 10: 30. *Apoc.* 3: 4. 5. 4: 4.
Plur. fœm. emph. ܚܘܪܬܐ *Apoc.* 7: 9. 13.

ܚܙܐ *m.* Vidit, providit, crevit *à cerno*, intuitus, contemplatus eſt, aſpexit, conſpexit, inſpexit, perſpexit, proſpexit, reſpexit, ſpectavit, conſpicatus eſt.
Vidit, *Matth.* 2: 16. 3: 7. 16. 4: 16. 18. 21. 5: 1. 8: 14. 18. 9: 2. 9. 36. 14: 14. *Marc.* 1: 16. 19. 2: 14. 5: 6. 6: 34. 9: 14. *Luc.* 5: 12. 8: 28. 16: 23. *Joh.* 8: 56. 12: 45. 14: 9. *Act.* 7: 31. 10: 17. 12: 9. *Apoc.* 1: 2. 12: 13.
ܚܙܝܗܝ vidit eum, *Marc.* 5: 22. 12: 34. *Luc.* 1: 12. 10: 32. 33. 11: 38. 15: 20. 19: 5. 22: 58. 23: 8; *affixum in hoc loco abundat.* *Joh.* 1: 47; & *hic affixum* πλεονάζει. 14: 17. *Act.* 8: 39. 14: 8. 1 *Tim.* 6: 16. 1 *Joh.* 3: 6. 4: 12; *affixum quoque in hoc loco abundat*; *ſic* & 3 *Joh.* *v.* 11.
ܚܙܗ vidit eam, *Mat.* 9: 22. *Luc.* 7: 13. 13: 12. 19: 41; *affixum in*

in hoc loco abundat. Joh. 11 : 35. 19 : 26; *hic quoque affixum eſt pleonaſticum.*

ܚܙܬ *f.* vidit, *Luc.* 1 : 29. 8 : 47. *Joh.* 20 : 1. 12. 14. 18. 1 *Cor.* 2 : 9.

ܚܙܬܗ vidit eum, *Matth.* 26 : 71. *Marc.* 9 : 20. 14 : 67. 69. *Luc.* 22 : 56. *Joh.* 11 : 32. *Act.* 9 : 40; *affixum hoc in loco eſt pleonaſticum.*

ܚܙܝܬ *m.* vidiſti, *Act.* 22 : 15. *Apoc.* 1 : 19. 20. 17 : 8. 12. 15. 16. 18. ܚܙܝܬܝܗܝ vidiſti eum, *Joh.* 9 : 37. ܚܙܝܬܢܝ vidiſti me, *cap.* 20 : 29. ܚܙܝܬ *c.* vidi, *Joh.* 8 : 38. *Phil.* 2 : 23. *Apoc.* 1 : 12. 4 : 1. 5 : 1. 2. 6. 11. 6 : 1. 2. 5. 8. 9. 12. 7 : 1. 2. 9. 34. 8 : 2. 13. 9 : 1. 17. 10 : 1. 5. 13 : 1. 2. 11. 14 : 1. 6. 14. 15 : 1. 2. 5. 13. 17 : 3. 6. 18 : 1. 19 : 11. 17. 19. 20 : 1. 11. 12. 21 : 1. 2. 22. 22 : 8.

ܚܙܝܬܗ vidi eum, *Act.* 22 : 18. *Apoc.* 1 : 17. ܚܙܝܬܗ̇ vidi eam, *Apoc.* 17 : 6. ܚܙܝܬܟ vidi te, *Joh.* 1 : 48. 18 : 26. ܚܙܘ *m.* viderunt, *Matth.* 2 : 9. 9 : 8. 13 : 17. 17 : 8. *Marc.* 9 : 8. *Joh.* 1 : 39. 20 : 20. *Apoc.* 11 : 12.

ܚܙܐܘܗܝ vidiſſent eam *ſtellam*, *Mat.* 2 : 10. Viderunt eum, *Verſ.* 11. *in his duobus prioribus locis affixum abundat. Cap.* 8 : 34. 14 : 26. 21 : 38; *affixum hic πλεονάζει. Cap.* 28 : 17. *Mar.* 2 : 16. 3 : 11. 6 : 49. 50. 9 : 15. 16 : 14. *Luc.* 2 : 48. 20 : 14. *Joh.* 19 : 6. *Act.* 3 : 9; *hic in Vien. & Troſt. Editionibus duo Wau ſunt poſt Olaph; in cæteris Editionibus unum tantùm Wau poſt Olaph reperitur: vide Gram. Harm. Lud. de Dieu pag.* 390. 391. *Cap.* 9 : 35. 12 : 16. 21 : 27. Conſpicati ſunt illud *promiſſum*, *Hebr.* 11 : 13.

ܚܙܐܘܗ̇ vidiſſent eam, *Act.* 28 : 4. ܚܙܐܘܢܝ viderunt me, *Joh.* 20 : 29. ܚ̈ܙܝ *f.* viderunt, *Mar.* 15 : 47. 16 : 4. 5. *Luc.* 2 : 30. ܚ̈ܙܝܝܢ *f.* vidiſſent, *Luc.* 24 : 23; *vide Var. Lect.* ܚ̈ܙܝܝܗܝ inſpexerunt id *ſepulcrum*, *Luc.* 23 : 55; *affixum hic πλεονάζει.*

ܚܙܝܬܘܢ *m.* vidiſtis, *Matt.* 21 : 32. *Luc.* 7 : 22. *Joh.* 5 : 37. 6 : 26. 8 : 38. *Phil.* 1 : 30. 4 : 9. *Jacob.* 5 : 11. 1 *Pet.* 2 : 3.

ܚܙܝܬܘܢܝܗܝ vidiſtis eum, *Joh.* 14 : 7. *Act.* 1 : 11. 1 *Petr.* 1 : 8; *hoc in loco affixum abundat.* ܚܙܝܬܘܢܢܝ vidiſtis me, *Joh.* 6 : 36.

ܚܙܝܢ *c.* vidimus, *Mat.* 2 : 2. *Mar.* 2 : 12. *Luc.* 5 : 26. 9 : 49. *Joh.* 1 : 14. 3 : 11. 20 : 25. *Act.* 4 : 20. 1 *Joh.* 1 : 1. 2. 3. 4 : 14.

ܚܙܝܢܝܗܝ vidimus id, 1 *Joh.* 1 : 1; *affixum πλεονάζει.* ܚܙܝܢܟ vidimus te, *Matth.* 25 : 37. 38. 39. 44.

Benoni ܚܙܐ *m.* aſpiciens, *Matth.* 5 : 28. Videns, *cap.* 6 : 4. 6. 18. 7 : 3. *Mar.* 5 : 31. 8 : 23. 24. 13 : 2. Aſpiciens, *Luc.* 6 : 41. Videns, 7 : 44. 10 : 18. 14 : 7. Spectans, *cap.* 23 : 35. Videns, *Joh.* 1 : 33. 5 : 19. 6 : 40. 46, *bis.* 11 : 9. 12 : 45. 14 : 9. 19. 20 : 25. *Act.* 2 : 25. 7 : 56. 8 : 23. 11 : 6. 17 : 16. 22 : 23. 21 : 20. 27 : 10. *Rom.* 7 : 23. 2 *Cor.* 7 : 8. 12 : 6. *Hebr.* 11 : 27. 12 : 14. *Jacob.* 2 : 22. 24. 2 *Petr.* 1 : 9. *Apoc.* 1 : 11. 3 : 18. 22 : 8.

Fœm. ܚܙܝܐ videns, Joh. 4 : 19. *Plur. maſc.* ܚܙܝܢ videntes, Matt. 11 : 4. 5. 13 : 13. *bis.* 17. 15 : 31, *bis.* 18 : 10. 24 : 2. 15. *Mar.* 8 : 18. *Luc.* 7 : 22. 10 : 23. 14 : 29. Spectantes, *cap.* 21 : 6. 23 : 49. Videntes, *cap.* 24 : 37. 39. *Joh.* 6 : 2. 12 : 19. 16 : 10. 17 : 24. Aſpicientes, *Act.* 1 : 9. Videntes, *cap.* 4 : 14. 8 : 6. 19 : 26. 20 : 25. 25 : 24. 1 *Petr.* 3 : 2. *Apoc.* 11 : 9. 11. 17 : 8. 18 : 18.

ܚܙܝܢܢ *ex* ܚܙܝܢ *& pronomine* ܚܢܢ nos *pro verbo ſubſtantivo uſurpato compoſitum* : Videmus, Joh. 9 : 41. Conſpiceremus, *Rom.* 8 : 24. Cernimus, 1 *Cor.* 13 : 12. Videmus, 2 *Cor.* 3 : 18. *Hebr.* 2 : 8. 9. Videbimus, 1 *Joh.* 3 : 2.

ܚܙܝܬܘܢ Videtis, *Phil.* 3 : 17. *Hebr.* 10 : 25; *ex* ܚܙܝܢ videntes *&* ܐܢܬܘܢ vos *pronomine etiam pro verbo ſubſtantivo ſumpto compoſitum* : *vide Gram. Harm. Lud. de Dieu pag.* 393.

Plur. fœm. ܚܙܝܢ Videntes, Mat. 13 : 16. Spectantes, *cap.* 27 : 55. *Mar.* 15 : 40. Videntes, *Luc.* 10 : 23.

Infinit. ܡܚܙܐ videndo, Mat. 13 : 14. *Act.* 7 : 34. ܠܡܚܙܐ ad videndum, *Mat.* 11 : 7. 8. 9. *Mar.* 5 : 14. Ut viderent, *Luc.* 7 : 21. Ad videndum, *verſſ.* 24. 25. 26. Videre, *cap.* 17 : 22. Videndi, *Phil.* 2 : 26. Ut videremus, 1 *Theſ.* 2 : 17. Videre, 1 *Petr.* 3 : 10.

Cum affix. ܠܡܚܙܝܗ videndi eum, *Luc.* 23 : 8. Videre eum, 1 *Tim.* 6 : 16; *affixum in hoc loco abundat ob præfixum relativum dolath in obliquo caſu antecedens.* Inſpicere eum, *Apoc.* 5 : 3. 4.

ܠܡܚܙܝܟ videre te, *Luc.* 8 : 20. 2 *Tim.* 1 : 4. ܠܡܚܙܝܢ videndi nos, 1 *Theſ.* 3 : 6.

Imperat. ܚܙܝ *m.* Vide, Matt. 8 : 4. Mar. 1 : 44. 2 : 24. 10 : 52. 13 : 1. 15 : 4. *Luc.* 18 : 42. *Joh.* 7 : 52. 11 : 34. 20 : 27. *Rom.* 11 : 22. *Hebr.* 8 : 5. *Apoc.* 6 : 1. 5. 7. 19 : 10. 22 : 9.

ܚܙܘ *m.* Videte, Mat. 9 : 30. 16 : 6. 18 : 10. 24 : 6. Mar. 4 : 24. 8 : 15. 13 : 33. *Luc.* 8 : 18. 21 : 8. 29. 24 : 39. *Joh.* 4 : 29. Spectate, *verſ.* 35. Videte, *cap.* 11 : 36. *Act.* 5 : 35. 13 : 41. 1 *Cor.* 1 : 26. 8 : 9. 10 : 18. 16 : 10. *Gal.* 5 : 15. 6 : 11. *Epheſ.* 5 : 15.

ܚܙܐܘܗܝ contemplamini, *Hebr.* 3 : 1; *affixum abundat.*

ܚܙܝܝܢ *f.* ſpectate, Matt. 28 : 6.

Futur. ܢܚܙܐ *m.* Videbit, Mat. 12 : 22. *Luc.* 2 : 26. 3 : 6. 8 : 16. Videre, *Luc.* 19 : 3; *eſt hic futurum cum præfixo dolath loco infinitivi.* Videbit, *Luc.* 23 : 8. *Joh.* 3 : 36. Videre, Joh. 3 : 3; *eſt hic rurſus futurum cum præfixo dolath loco infinitivi.* Videbit, *verſ.* 36. *cap.* 8 : 51. 56. *Act.* 2 : 27. 7 : 31. 13 : 34. 35. 1 *Cor.* 3 : 10. Viderit, 1 *Joh.* 3 : 17. 5 : 16.

ܢܚܙܝܘܗܝ videret eum, *Luc.* 9 : 9. 19 : 4. ܢܚܙܝܟ videat te, 1 *Cor.* 8 : 10. ܬܚܙܐ *m.* videbis, *Joh.* 1 : 46. 50. *Act.* 13 : 11. 22 : 14. ܐܚܙܐ *c.* videbo, Mar. 10 : 51. 12 : 15. *Luc.* 18 : 41. *Act.* 17 : 21. *Gal.* 1 : 18. *Apoc.* 18 : 7.

ܐܚܙܝܘܗܝ videam eum *agrum*, *Luc.* 14: 18. ܐܚܙܝܟ videbo te, 3 *Joh.* *v.* 14. ܐܚܙܝܟܘܢ videbo vos, *Joh.* 16: 22. *Rom.* 1: 11. 15: 24. 1 *Cor.* 16: 7. *Phil.* 1: 27. *Hebr.* 13: 23.

ܢܚܙܘܢ *m.* videbunt, M*att.* 5: 8. 16. 13: 15. 17. 16: 28. 24: 30. *Marc.* 4: 12, *bis.* 9: 1. *Luc.* 8: 10. 35. 9: 27. 10: 24. 11: 33. *Joh.* 7: 3. 12: 9. 40. *Act.* 2: 17. Providebunt, *Act.* 15: 6; *hic in Vienn. Reg. & Troſt. Editionibus ſub Nun præformante eſt Chevozo.* Videbunt, *Act.* 20: 38. 28: 27. *Rom.* 11: 10. 1 *Petr.* 2: 12. *Apoc.* 16: 15. 18: 9. 22: 4.

ܢܚܙܘܢܗ videbunt eum, *Rom.* 15: 21. ܢܚܙܘܢܝܗܝ videbunt eum, *Mar.* 13: 26. *Luc.* 21: 27; *in his duobus locis affixum* ܢܚܙܘܢܗܝ: *abſque pleonaſmo occurrit*, *Luc.* 20: 13.

ܢܚܙܘܢܢܝ videbunt me, M*at.* 28: 10. ܢܚܙܝܢ *f.* ſpectarent, M*at.* 28: 1.

ܢܚܙܝܢܝܗܝ *f.* videbunt eum, *Apoc.* 1: 7.

ܬܚܙܘܢ *m.* videbitis, M*atth.* 13: 14. M*arc.* 14: 62. *Luc.* 13: 28. 17: 22. *Joh.* 1: 39. 51. 4: 48.

ܬܚܙܘܢܝܗܝ videbitis eum, M*at.* 26: 64; *affixum eſt pleonaſticum: ſine pleonaſmo legitur*, *Mar.* 16: 7. *Phil.* 2: 28.

ܬܚܙܘܢܢܝ videbitis me, M*at.* 23: 39. *Joh.* 14: 19. 16: 16. 17. 19, *bis.*

ܢܚܙܐ *c.* videamus, M*at.* 12: 38. 27: 42. 49. M*ar.* 15: 32. 36. *Luc.* 2: 15. *Joh.* 6: 30. 12: 21. *Act.* 15: 36.

Ethpeel ܐܬܚܙܝ *m.* Viſus, conſpectus eſt, conſpicuus factus eſt, apparuit, oſtenſus eſt, viſum recepit, viſus reſtitutus eſt. Apparuit, *Matt.* 1: 20. 2: 7. Oſtenſum eſt, *verſ.* 12. Apparuit *verſſ.* 13. 19. Oſtenſum eſt, *verſ.* 22. Viſum fuit, *cap.* 9: 33. Viſum recepit, *Marc.* 10: 52. Conſpectus eſt, *Marc.* 16: 9. 11. 12. 14. Viſum eſt, *Luc.* 1: 3. Conſpectus eſt, *verſ.* 11. *Luc.* 22: 43. 24: 34. Viſus reſtitutus eſt, *Joh.* 9: 11. 15. Conſpectus eſt, *Joh.* 21: 14. *Act.* 2: 22. Viſus eſt, *cap.* 7: 2. 26. 30. 35. Conſpectus eſt, *Act.* 9: 17. Viſus eſt, *Act.* 13: 31. 16: 9. 23: 11. Conſpectus eſt, *Act.* 27: 23. Apparuit, *Rom.* 9: 5. Viſus eſt, 1 *Cor.* 15: 5. 6. 7. 8. 1 *Tim.* 3: 16. Apparuit, 1 *Joh.* 3: 8.

ܐܬܚܙܝܬ *f.* apparuit, *Hebr.* 8: 5. Viſa eſt, *Apoc.* 11: 19. Viſum eſt *ſignum*, *Apoc.* 12: 1. 3. ܐܬܚܙܝܬ *c.* conſpectus ſum, *Rom.* 10: 20.

ܐܬܚܙܝܘ *m.* conſpecta ſunt *zizania*, M*at.* 13: 26. Viſi ſunt, M*at.* 17: 3. Conſpecti ſunt, *cap.* 27: 53. *Mar.* 9: 4. *Luc.* 9: 31.

ܐܬܚܙܝ̈ *f.* conſpecti ſunt *exercitus*, *Luc.* 2: 13; *ſine Ribbui, notâ num. plur. fœm. in verbis.* Viſi ſunt *ſermones*, *Luc.* 24: 11; *cum Ribbui.*

Participium ܡܬܚܙܐ *m.* Videtur, *Mat.* 17: 25. 18: 12. 21: 28. 22: 17. Conſpicitur, *Mat.* 24: 27. Videtur, *Marc.* 14: 64. *Luc.* 10: 36. Apparens, *Act.* 1: 3. Conſpiciebatur, *Act.* 9: 7. 8. 9. 16: 13. 22: 11. Conſpicitur, *Rom.* 8: 24. 25. *Qui* videtur,

i. e.,

i. e., viſibilis, *Col.* 1: 15. 16, *bis.* *Hebr.* 11: 27. Conſpicitur, *Jac.* 4: 14. Apparere, *Joh.* 2: 8; *eſt hîc participium pro infinitivo*: *vide Gram. Harm. de Dieu pag.* 416. Videtur, *cap.* 4: 10.
Fœm. ܡܬܚܙܝܐ Conſpicitur, *Luc.* 6: 41. 42. *Plur. maſc.* ܡܬܚܙܝܢ videntur, M*at.* 23: 27. ܐܢܬܘܢ ܡܬܚܙܝܢ videmini, *verſ.* 28. *Plur. Fœm.* ܡܬܚܙܝܢ conſpiciuntur, *Rom.* 1: 20. 1 *Cor.* 4: 18, *quater.* *Hebr.* 11: 1. 3, *bis.* Videbantur, *verſ.* 7.
Imperat. ܐܬܚܙܘ *m.* conſpiciamini, *Phil.* 2: 15. *Futur.* ܢܬܚܙܐ *m.* conſpicietur, *Matt.* 24: 30. *Luc.* 6: 42. *Act.* 10: 40. Apparebit, 2 *Cor.* 13: 7. *Hebr.* 9: 24. Conſpiciatur, 1 *Petr.* 1: 7. Videbitur, *Apoc.* 18: 23.
ܬܬܚܙܐ *f.* conſpiceretur, *Rom.* 7: 13. ܬܬܚܙܐ *m.* conſpiciaris, *Matt.* 6: 18. ܢܬܚܙܘܢ *m.* conſpicui fiant, *Mat.* 6: 5. Conſpicientur, *verſ.* 16. *Cap.* 23: 5. *Joh.* 9: 3.
ܝܰܡܬܳܐ *f. emph.* Idem. *Item* ſtagnum, lacus, piſcina. [*Lud. de Dieu in ſua Gram. Harm. pag* 85 *ponit formam abſolutam* ܝܰܡܰܬ ſtagnum.] Mare, *Luc.* 5 : 2. 8 : 22. 23. 33. Stagnum, *Apoc.* 19 : 20. 20 : 10. 14, *bis.* 15. 21 : 8.

ܝܰܘܡܳܐ *m. emph.* Dies, *peculiariter artificialis*: *Caſtellus.* Chald. יוֹמָא. *Mar.* 4 : 27. 5 : 5. *Luc.* 2 : 37. 18 : 7. 21 : 37. *Joh.* 9 : 4. 11 : 9. *Act.* 9 : 24. 10 : 3. 20 : 31. 26 : 7. *Rom.* 13 : 12. 13. 2 *Cor.* 11 : 25. 1 *Theſ.* 2 : 9. 3 : 10. 5 : 5. 8. 2 *Theſ.* 3 : 8. 1 *Tim.* 5 : 5. 2 *Tim.* 1 : 3. 2 *Petr.* 1 : 19. 2 : 13. *Apoc.* 4 : 8. 7 : 15. 12 : 10. 14 : 11. 20 : 10. 21 : 25. *Cum præfixo* Beth *uſurpatur adverbialiter pro* interdiu.

Plur. ܝܰܘܡ̈ܝܢ Dies, Matt. 4 : 2. 12 : 40.

يَمَّن יַמֵּן *Arab.* In dextro corporis latere collocavit *mortuum* in ſepulcro.

ܝܰܡܺܝܢܳܐ *m. emph.* Dexter. *Hebr.* יָמִין, *Chald.* יְמִינָא יְמִין & יַמִּינָא יַמִּין. *R. D. Kimchi vult eſſe adjectivum & cum eo intelligi* צַד latus. *vide*

& de

& de Dieu in Animadv. ad Apoc. 1 : 16. *Perpende quoque Syri textus loca hæc*: *Matth.* 5 : 29. 30. 39. *Luc.* 6 : 6. 22 : 50. *Joh.* 18 : 10. 21 : 6. *Act.* 3 : 7. *Apoc.* 1 : 16. 17. 10 : 2. 5. *invenitur præterea Matth.* 26 : 64. *Mar.* 14 : 62. 16 : 5. 19. *Luc.* 1 : 11. 22 : 69. *Act.* 7 : 55. 56. *Rom.* 8 : 34. 2 *Cor.* 6 : 7. *Gal.* 2 : 9. *Col.* 3 : 1. *Hebr.* 1 : 3. *Apoc.* 1 : 20. 2 : 1. 13 : 16.

ܝܡܝܢܗ Dextra ejus *vel* ſua. M*at*. 25 : 33. 34. 27 : 29. 38. M*ar*. 15 : 27. *Luc.* 23 : 25. *Act.* 2 : 33; *hoc in loco affixum abundat. Act.* 5 : 31. *Epheſ.* 1 : 20. *Apoc.* 5 : 1. 7.

ܝܡܝܢܟ dextra tua, M*at*. 6 : 3. 20 : 21. M*ar*. 10 : 37. ܝܡܝܢܝ dextra mea, *Matth.* 20 : 23. 22 : 44. *Marc.* 10 : 40. 12 : 36. *Luc.* 20 : 42. *Act.* 2 : 33. 34. *Hebr.* 1 : 13.

ܬܝܡܢܐ *m. emph.* Auſter, meridies, meridionalis mundi plaga: *quòd ea ad Orientem ſe vertenti dextra ſit. Item*, Ventus auſtralis. Meridionalis mundi plaga, *Matth.* 12 : 42. *Luc.* 11 : 31. Ventus auſtralis, *cap.* 12 : 55. Meridionalis mundi plaga, *cap.* 13 : 29. *Act.* 8 : 26. 27 : 13. 28 : 13. *Apoc.* 21 : 13.

* ינה *Hebr.* Oppreſſit, circumvenit, aliorum ſubſtantiam cepit, *ignoranter, aut ſcienter, vi ac violentiâ, ſcil. emendo, vendendo, rapiendo, populandoque*, vim intulit. *Hiphil* הונה Idem. *Hinc Hebr.* יונה, *Chald.* יונה יונתא, *& Syriacum*

ܝܘܢܐ *f.* Columba, *quaſi oppreſſioni & prædæ expoſita.* M*at*. 3 : 16. *Marc.* 1 : 10. *Luc.* 2 : 24. 3 : 22. *Joh.* 1 : 32.

P*lur. emph.* ܝܘܢܐ̈ M*at*. 10 : 16. 21 : 12. M*ar*. 11 : 15. J*oh*. 2 : 14. 16.

ܝܢܩ *m.* Suxit. H*ebr.* ינק, C*hald.* ינק. *Aphel* ܐܝܢܩ *m.* Lactavit. ܐܝܢܩܘ *m.* lactaverunt, *Luc.* 23 : 29. ܐܝܢܩܘܟ lactaverunt te, *cap.* 11 : 27. P*artic. præſ. plur. fœm.* ܡܝܢܩܢ lactantes, *Matth.* 24 : 19. *Mar.* 13 : 17. *Luc.* 21 : 23.

* יסף Hebr. Addidit, adjecit, adjunxit, auxit; perrexit *præſertim ſequente infinitivo. Aphel* ܐܘܣܦ Idem. H*ebr.* הוסיף, C*hald.* אוסף. Adjecit, *Luc.* 3 : 20. Iterum, *cap.* 19 : 11; *hoc in loco per adverbium redditur, ut apud Hebræos ſæpe hoc verbum per adverbium exponitur, quando alterum verbum regit in infinitivo: vide Buxt. Theſ. lib.* 2 *cap.* 16. *Sic cap.* 20 : 11. 12. Perrexit, *Act.* 12 : 3.

ܐܘܣܦܘ *m.* addiderunt, *Gal.* 2 : 6.

P*artic. præſ.* ܗܘܐ ܡܘܣܦ *m.* addebat, *Act.* 2 : 47. P*lur.* ܡܘܣܦܝܢ *m.* addentes, *Phil.* 1 : 17.

Infinit. ܠܡܘܣܦܘ addere, M*at*. 6 : 27. *Luc.* 12 : 25.

Imperat. ܐܘܣܦ *m.* auge, *Luc.* 17 : 5. ܐܘܣܦܘ *m.* adjicite, 2 P*etr.* 1 : 5.

Futur. ܢܘܣܦܘܢ *m.* adjicient, 2*Tim.*2:16. 3:13. ܬܘܣܦܘܢ *m.* adjicietis, 1*Theſ.*4:1.

Ettaphal ܐܬܬܘܣܦ Adjectus, adjunctus, additus eſt, *Act.* 11:24. Adjunctus eſt, *cap.* 13: 36. Addita eſt *lex*, *Gal.* 3: 19.

ܐܬܬܘܣܦܘ *m.* addita ſunt *millia*, *Act.* 2: 41.

Partic. ܡܬܬܘܣܦ *m.* adjicietur, *Mar.* 4: 24. *Plur. maſc.* ܡܬܬܘܣܦܝܢ ܗܘܘ addebantur, *Luc.* 5: 14. *Plur. fœm.* ܡܬܬܘܣܦܢ adjicientur, *Matt.*6: 33. *Luc.* 12: 31.

Futur. ܢܬܬܘܣܦ *m.* addetur, *Matt.* 25: 29. Amplius, *Hebr.* 12: 19; *hic quoque hoc verbum per adverbium exponitur, ut ſupra in ejus præterito Aphel.*

ܝܥܐ *m.* Exivit, prodiit, *propriè de germinibus è terra exeuntibus uſurpatur; ideo & reddendum eſt*, germinavit, progerminavit, pullulavit, floruit. *Hebr.* יָצָא, *Chald.* יְעָא. *Sæpe* צ *Hebræorum apud Chaldæos & Syros in* ע *mutatur.* Pullulaſſet, *Matt.* 13: 26. progerminavit, *Luc.* 8: 6. 8. ܝܥܘ *m.* germinarunt, *v.*7. *Aphel* ܐܘܥܝ *m.* Exire, germinare fecit, protulit, produxit. ܐܘܥܝܬ *f.* produxerit, *Hebr.* 6: 7.

* יָעַד *Hebr.* Condixit, indixit, conſtituit *certum locum, vel tempus, ubi, vel quando aliquid fieri debeat. Mutato jod in wau fit Syriacum Paël* ܘܥܕ Idem. Conſtituerat, *Mat.* 28: 16.

ܘܥܕܐ *m. emph.* Congregatio, conventus, cœtus, eccleſia; tempus conſtitutum: portus, refugium: pactum. Cœtus *a.* portus, *Act.* 20: 13. *vide & ſupra in* ܘ.

ܥܕܬܐ *f. emph.* Eccleſia, cœtus, congregatio, conventus, Synagoga. *Hebr.* עֵדָה, *Chald.* עֵדָא, *emph.* עֵדְתָּא. Eccleſia, *Mat.* 18: 17, *bis.* Cœtus, *Act.* 2: 47. 5: 11. Eccleſia, *cap.* 8: 1. 9: 31. 11: 22. 26. 12: 1. 5. 13: 1. Cœtus, *cap.* 14: 22. 26. Eccleſia, *cap.* 15: 3. 4. 22. 18: 22. 20: 17. *Rom.* 16: 1. 5. 23. 1 *Cor.* 1: 2. 6: 4. 11: 18. 14: 4. 5. 12. 19. 23. 28. 34. 35. 16: 19. 2 *Cor.* 1: 1. *Eph.* 1: 22. 3: 10. 5: 23. 24. 27. 29. *Phil.* 3: 6. *Col.* 1: 18. 24. 4: 15. 16. 2 *Theſ.* 1: 1. 1 *Tim.* 3: 15. 5: 16. *Philem. v.* 2. *Hebr.* 2: 12. Conventus, *cap.* 12: 23. Eccleſia, *Jacob.* 5: 14. 3 *Joh. verſſ.* 6. 9. 10. 12. *Apoc.* 2: 1. 8. 12. 18. 3: 7. 14.

ܥܕܬܗ Eccleſia ejus *vel* ſua, 1 *Cor.* 12: 28. *Eph.* 3: 21. 5: 25. 32. *Hoc affixum abundat in locis ſequentibus*, *Act.* 20: 28. 1 *Cor.* 10: 32. 11: 16. 22. *Gal.* 1: 13. 1 *Tim.* 3: 5.

ܥܕܬܝ eccleſia mea, *Matt.* 16: 18.

Plur.

Plur. emph. ܥܕ̈ܬܐ Eccleſiæ, *Act.* 15: 41. 16: 5. 1 *Cor.* 4: 17. 7: 17. 14: 33. 16: 1. 19. 2 *Cor.* 8: 1. 18. 19. 23. 11: 28. *Gal.* 1: 2. 22. *Phil.* 4: 15. 1 *Theſ.* 2: 14. *Apoc.* 1: 4. 11. 20. 2: 7. 11. 17. 23. 29. 3: 6. 13. 22. 22: 16. ܥܕ̈ܬܗ Eccleſiæ ejus, *Rom.* 16: 16; *affixum hîc* πλεονάζει.

* ܝܥܢ. *Ethpaal* ܐܬܝܥܢ Avarus, avidus, edax fuit, inhiavit, fraudavit, expilavit, 2 *Cor.* 12: 18. ܐܬܝܥܢܬ *c.* expilavi, *v.* 17.

ܝܥܢܘܬܐ *f. emph.* Avaritia, cupiditas, & gulæ vitium, ingluvies. Avaritia, *Luc.* 12: 15. 2 *Cor.* 9: 5. 1 *Theſ.* 2: 5. ܝܥܢܘܬܗܘܢ cupiditas ſua, *Epheſ.* 4: 19.

ܝܦܐ. Affine *Arab.* وفى Abſolutus, perfectus, impletus fuit: *unde* وفاة mors. *Conjug.* V. توفّى mortuus eſt, & mori fecit, *quod ſoli Deo tribuitur: ſicut* وفّى occidit, *hominum eſt. Aphel* ܐܘܦܝ *m.* Defecit, evanuit, emarcuit, conſumtus, deſtructus eſt, periit, deſiit, ceſſavit. Defecit, *Jud. v.* 12. *Partic. præſ.* ܡܘܦܐ *m.* ceſſans, *Jacob.* 4: 14. *Plur.* ܡܘܦܝܢ *m.* deſinentia *peccata*, 2 *Petr.* 2: 14. *Futur.* ܬܘܦܐ *f.* deficiet, *Apoc.* 21: 4. *Verbum* ܝܦܐ *contrariæ ſignificationis eſt cum Hebr.* יָפָה Specioſus, pulcher fuit: *quæ enim deficiunt & evaneſcunt omnem ſpeciem ac pulchritudinem amittunt.*

* יָצָא *Hebr.* Exivit, egreſſus eſt. *Hinc Hebr.* צֵאָה, *Chald.* צַאֲתָא, *Syriacum*

ܨܐܬܐ *f. emph.* Excrementum, ſordes, 1 *Petr.* 3: 21.

ܨ̈ܐܝܐ *m. plur. emph.* Sordidi. *Hebr.* צֹאִים. ܡܐܢ̈ܐ ܨ̈ܐܝܐ veſtes ſordidæ, *Jacob.* 2: 2. *Hebr.* בְּגָדִים צֹאִים veſtes ſordidæ, *Zach.* 3: 3. *vide &* ܨ̈ܐܝܐ.

ܝܨܦ *m.* Anxius, ſollicitus fuit, curavit, curam habuit, adhibuit, egit *vel* geſſit, ſategit, anxiè timuit, veritus eſt; ſollicitè perpendit, contendit. *Benoni* ܝܨܝܦ *m.* curam habens, *Matth.* 6: 34. Sollicitus eſt, *Luc.* 12: 25. Sollicitudine tenetur, 1 *Cor.* 7: 33. Curam gerens, *Eph.* 5: 29. Curans, *Phil.* 2: 20. Curam habens, 1 *Tim.* 5: 8.

Fœm. ܝܨܝܦܬܝ ſollicita es, *Luc.* 10: 41; *conſtat ex* ܝܨܝܦܐ & ܐܢܬܝ. *Plur. maſc.* ܝܨܝܦܝܢ ſoliciti, *Mat.* 6: 28. *Luc.* 12: 26. Curam habentes,

bentes, 1 *Cor.* 12 : 25. *Phil.* 4 : 10. ܝܨܦܝܢܢ Curamus, 2 *Cor.* 8 : 21; *ex* ܝܨܦܝܢ curantes & ܚܢܢ nos *vel* ſumus *compoſitum.* *Plur. fœm.* ܝܨܦܢ curam habentes, *Tit.* 2 : 5.

Infinit. ܠܡܬܝܨܦܘ curam habere, *Act.* 20 : 35. *Phil.* 4 : 10. *Imperat.* ܝܨܦ *m.* Cura, *Luc.* 10 : 35. ܝܨܦܘ *m.* curate, 2 Petr. 1 : 10. Satagite, *v.* 15. Curam adhibete, *cap.* 3 : 14.

Futur. ܢܬܝܨܦ *m.* ſollicitus fuerit, *Mat.* 6 : 27. Curet, Phil. 2 : 4. ܬܬܝܨܦܘܢ *m.* ſolliciti ſitis, *Mat.* 6 : 25. 31. 34. 10 : 19. *Marc.* 13 : 11. *Luc.* 12 : 11. 22. Curam habeatis, *Rom.* 13 : 14. Solliciti ſitis, *Phil.* 4 : 6.

ܝܘܨܦܢܐ *f. emph.* cura, ſollicitudo, anxietas. Cura, *Mat.* 22 : 16. Sollicitudo, *cap.* 28 : 14. Cura, *Marc.* 12 : 14. Sollicitudo, *Luc.* 21 : 34. ܝܘܨܦܢܝ cura mea, 2 *Cor.* 11 : 28. ܝܘܨܦܢܟܘܢ cura veſtra, 1 Petr. 5 : 7.

ܡܝܨܦܢܘܬܐ *f. emph.* Sollicitatio, ſollicita, anxia, moleſta alicujus rei petitio, importunitas, inſtantia, *Luc.* 11 : 8; *Gr.* ἀναίδεια, *quod Chaldæis propriè eſt* חוּצְפָּא *vel* חֲצִיפוּתָא. Cura, *Jud.* v. 3.

ܡܝܨܦܢܐܝܬ Solicitè, anxiè, exactè, accuratè, *Luc.* 1 : 3.

ܝܩܕ *m.* Arſit, exarſit: *Lat.* canduit, incanduit, accenſus, ſuccenſus, uſtus, combuſtus eſt. *Hebr.* יָקַד, *Chald.* יְקַד, *Arab.* وقد יקד, *mutato* י *in* ו. Uſta eſt *pars*, *Apoc.* 8 : 7. Arſit, v. 8. ܝܩܕܘ *m. tertia pars arborum* uſtæ ſunt, v. 7. *Benoni* ܝܩܕ ܐܢܐ *m.* uror, 2 *Cor.* 11 : 29. ܝܩܕ ܗܘܐ comburebatur, Hebr. 13 : 11. ܝܩܕ accenditur, *Jacob.* 3 : 6. Ardens, *Apoc.* 8 : 10. *Fœm.* ܝܩܕܐ ardens, *Act.* 7 : 30. Hebr. 1 : 7. 12 : 18. *Apoc.* 21 : 8. Plur. *maſc.* ܝܩܕܝܢ comburuntur, *Mat.* 13 : 40. Ardentia *elementa*, 2 Petr. 3 : 10. 12. Ardentes, *Apoc.* 4 : 5. *Emph.* ܝܩܕܐ ardentia *jacula*, *Eph.* 6 : 16. *Peïl* ܝܩܝܕ ܗܘܐ *m.* ardebat, *Luc.* 24 : 32. *Infinit.* ܠܡܐܩܕ Uri, 1 *Cor.* 7 : 9. *Futur.* ܢܐܩܕ *m.* exuſtum fuerit, 1 *Cor.* 3 : 15. ܬܐܩܕ *f.* comburatur, *Joh.* 15 : 6. Ardebit, *Apoc.* 18 : 8. ܢܐܩܕܘܢ *m.* comburantur, *Matt.* 13 : 30.

Aphel ܐܘܩܕ Accendit, incendit, ſuccendit, inflammavit, uſſit, combuſſit, concremavit. Accendit, *Mat.* 22 : 6. Combuſſit,

2 Petr.

2 Petr. 2 : 6. ܐܘܩܕܘ *m.* concremarunt, *Act.* 19 : 19. *Partic. præſ.* ܡܘܩܕ *m.* comburens, Mat. 3 : 12. Incendens, *Jacob.* 3 : 6. *Fœm.* ܡܘܩܕܐ incendens, *v.* 5. *Futur.* ܢܘܩܕ *m.* comburet, *Luc.* 3 : 17. ܢܘܩܕܘܢ *m.* concremabunt, *Apoc.* 17 : 16.

ܝܩܕܐ *m. emph.* Holocauſtum. *Plur. emph.* ܝܩܕܐ holocauſta, Mar. 12 : 33. *Hebr.* 10 : 6. 8.

ܝܩܕܢܐ *m. emph.* Incendium, conflagratio, combuſtio, *Hebr.* 6 : 8. Incendium, *Apoc.* 18 : 9. 18.

* יקד. *Hinc vulgò ſtatuunt eſſe Aphel* ܐܘܩܕ; *ſed hoc potiùs eſt à* ܘܩܕ, *quod vide infra ſuo loco : & confer Altingii fundamenta punctationis linguæ ſanctæ Can.* 124.

ܝܩܪ *m.* Gravavit, oneravit; oneratus, gravatus, oneri, gravis, gravedine oppreſſus fuit. ܝܩܪܬ *c.* Oneravi, 2 *Cor.* 11 : 9. Oneri fui, *cap.* 12 : 13. 16. ܝܩܪܘ ܗܘܘ *m.* gravati erant, *Luc.* 9 : 32. *Futur.* ܐܐܩܪ *c.* onerem, 2 *Cor.* 11 : 9. Oneri ſim, *cap.* 12 : 14. ܢܐܩܪܘܢ *m.* graventur, *Luc.* 21 : 34. ܢܐܩܪܢ *f.* oneri ſint, 1 *Tim.* 5 : 16. ܢܐܩܪ *c.* oneri eſſemus, 1 *Theſ.* 2 : 9. 2 *Theſ.* 3 : 8.

Paël ܝܩܪ *m.* Gravem, pretioſum reddidit; Honoravit, honore affecit, in pretio, & honore habuit. ܝܩܪܘܢ *m.* honorarunt nos, *Act.* 28 : 10.

Partic. præſ. ܡܝܩܪ *m.* honorans, Mat. 15 : 8. Mar. 7 : 6. *Joh.* 5 : 23, *bis.* 8 : 49. *Plur. maſc.* ܡܝܩܪܝܢ honore afficientes, *Rom.* 12 : 10. *Partic. præt.* ܡܝܩܪ *m.* honoratus : & *in nomen degenerans*, honorabilis, honeſtus, venerandus, glorioſus, pretioſus. Honoratus, *Luc.* 14 : 8. *Act.* 5 : 34. In pretio habita *res*, *Col.* 2 : 23. In pretio habitus, 1 Petr. 2 : 4. ܡܝܩܪܘ honoratum, honorabile eſt *conjugium*, *Hebr.* 13 : 4; *conſtat ex* ܡܝܩܪ & ܗܘ : *vide Gram. Harm. de Dieu pag.* 136. & 222. *Emph. m.* ܡܝܩܪܐ honoratus, honorabilis, Marc. 15 : 43. Pretioſum *lignum*, *Apoc.* 18 : 12. *Fœm.* ܡܝܩܪܐ pretioſus *lapis*, *Apoc.* 21 : 19. *Emph.* ܡܝܩܪܬܐ pretioſus *lapis*, *v.* 11. *Plur. maſc.* ܡܝܩܪܝܢ honorata, honeſta *membra*, 1 *Cor.* 12 : 24. *Plur. fœm. emph.* ܡܝܩܪܬܐ pretioſi *lapides*, *Apoc.* 17 : 4. 18 : 12. 16.

Imperat.

Imperat. ܝܰܩܰܪ *m. Mat.* 15 : 4. 19 : 19. *Mar.* 7 : 10. 10 : 19. *Luc.* 8 : 20. *Epheſ.* 6 : 2. 1 *Tim.* 5 : 3. ܝܰܩܰܪܘ *m.* in honore habete, 1 *Petr.* 2 : 17.

Futur. ܢܝܰܩܰܪ *m.* honorabit, *Matth.* 6 : 24. 15 : 5. *Luc.* 16 : 13. ܢܝܰܩܪܝܘܗܝ honorabit eum, *Joh.* 12 : 26.

Ethpaal ܐܬܝܰܩܰܪ Honoratus, in honore habitus, honore affectus fuit. *Partic.* ܡܬܝܰܩܰܪ *m.* honore afficitur, *Joh.* 4 : 44.

Aphel ܐܘܩܰܪ *m.* Aggravavit, gravem, pretioſum, honorabilem fecit *vel* reddidit. ܐܘܩܰܪܘ *m.* gravem reddiderunt, *Act.* 28 : 27.

ܝܰܩܺܝܪ *m.* Gravis, difficilis portatu, gravatus, oneroſus, ponderoſus, honorabilis, nobilis, carus, pretioſus. *Eſt nomen formæ Peîl Peal.* Carus, *Luc.* 7 : 2. *Emph.* ܝܰܩܺܝܪܳܐ pretioſus, *Matt.* 27 : 9. 1 *Petr.* 1 : 19. *Fœm. emph.* ܝܰܩܺܝܪܬܳܐ gravis *ſomnus*, *Act.* 20 : 9. Pretioſus *lapis*, 1 *Petr.* 2 : 6. *Conſtr.* ܝܰܩܺܝܪܰܬ gravis *pretio*, *Mat.* 13 : 46. *Plur. maſc.* ܝܰܩܺܝܪܺܝܢ gravia *mandata*, 1 *Joh.* 5 : 3. *Emph.* ܝܰܩܺܝܪܶܐ honorabiles, nobiles *vel* graves, 1 *Theſ.* 2 : 6. Pretioſi, *Jacob.* 5 : 7. *Conſtr.* ܝܰܩܺܝܪܰܝ graves *corde*, *i. e.*, ſtupidi, *Luc.* 24 : 25. *Plur. fœm.* ܝܰܩܺܝܪܳܢ gravati *oculi*, *Matt.* 26 : 43. *Marc.* 14 : 40. Graves, 2 *Cor.* 10 : 10. *Emph.* ܝܰܩܺܝܪܳܬܳܐ graves, oneroſæ, ponderoſæ, *Mat.* 23 : 4. ܝܰܩܺܝܪܳܬܶܗ gravia ejus *legis*, *v.* 23; *affixum abundat.*

ܝܰܩܺܝܪܳܐܝܬ Graviter, lentè, *Mat.* 13 : 15. *Act.* 27 : 7.

ܐܺܝܩܳܪ *m.* Gloria, decor, decus, honor, majeſtas. *Hebr.* יְקָר, *Chald.* יְקַר & יְקָר. Honor, 1 *Tim.* 6 : 1. *Emph.* ܐܺܝܩܳܪܳܐ, *Chald.* יְקָרָא. Honor, *Rom.* 2 : 7. 10. Decus, *cap.* 9 : 21. Honor, *cap.* 13 : 7, *bis.* 1 *Cor.* 12 : 23. 24, *bis.* Gloria, *Phil.* 1 : 11. Honor, *cap.* 2 : 29. Gloria, *cap.* 4 : 20. Honor, 1 *Theſ.* 4 : 4. 1 *Tim.* 1 : 17. 5 : 17. Gloria, *cap.* 6 : 16. Honor, 2 *Tim.* 2 : 20. 21. *Hebr.* 2 : 7. 9. 3 : 3. 5 : 4. 1 *Petr.* 1 : 7. 2 : 7. 3 : 7. 4 : 11. Gloria, *cap.* 5 : 11. Honor, 2 *Petr.* 1 : 1. 17. Gloria, *Jud. v.* 25. Honor, *Apoc.* 4 : 9. 11. 5 : 12. 13. 7 : 12 19 : 1. 21 : 24. 26.

ܐܺܝܩܳܪܶܗ Gloria ipſius, *Eph.* 1 : 14. *Plur. emph.* ܐܺܝܩܳܪܶܐ honores, *Act.* 28 : 10. 2 *Petr.* 1 : 4.

ܝܽܘܩܪܳܐ *m. emph.* Onus, pondus. *Chald.* יוֹקַר, *emph.* יוֹקְרָא Caritas; gravitas. Onus, *Joh.* 21 : 11. *Act.* 15 : 28. *Gal.* 6 : 2. *Apoc.* 2 : 24. ܝܽܘܩܪܶܗ pondus ejus, *Mat.* 20 : 12; *affixum hîc abundat.* Onus ejus, 2 *Cor.*

2 *Cor.* 5 : 4. Plur. ܝܘܩܪ̈ܝܢ pondera, *Hebr.* 12 : 1.

ܡܝܩܪܘܬܐ *f. emph.* Honor, veneratio; pretioſitas, *Apoc.* 18 : 19.

ܝܪܒ *m.* Magnus, magnificatus, excellens, præſtans fuit; crevit. Præſtans fuit. *Hebr.* 1 : 4. *Benoni fœm.* ܝܪܝܒܐ excellens, 1 *Petr.* 2 : 20.

Aphel ܐܘܪܒ *m.* Magnificavit, magnum, prolixum fecit, produxit, creſcere fecit, *Act.* 13 : 17. Partic. *præſ.* ܡܘܪܒ *m.* magnificans, *Act.* 5 : 13. 8 : 9. *Fœm.* ܡܘܪܒܐ magnificans, *Luc.* 1 : 46. Plur. *maſc.* ܡܘܪܒܝܢ producentes, *Matth.* 23 : 5. Prolixas facientes *precationes ſuas*, *Mar.* 12 : 40. *Luc.* 20 : 47. Magnificantes, *Act.* 10 : 46.

Futur. ܐܘܪܒ *c.* majora faciam *repoſitoria*, *Luc.* 12 : 18.

* יָרָה *Hebr.* Jecit, projecit, ejecit. *Uſurpatur de projectione ſagittæ, ſortis, lapidis, pluviæ, & verborum; ideoque pro eorum natura exponendum eſt hoc verbum. In Hiphil* הוֹרָה *ſæpius de projectione verborum uſurpatur, & exponitur*, docuit, inſtituit, demonſtravit, oſtendit. *Hinc* תּוֹרָה Doctrina, inſtitutio: Lex, *quâ monſtratur peccatoribus via. Chaldæis & Talmudiſtis* אוֹרָאָה, אוֹרָיָא, אוֹרַיְתָא, *& Syris*

ܐܘܪܝܬܐ *f. emph.* Lex, Pentateuchus, totum vetus Teſtamentum. Pentateuchus, *Geneſ. Tit.* Lex, *Matt.* 11 : 13. 12 : 5. 22 : 40.

ܝܪܚ *m.* Menſis. *Hebr.* יֶרַח, *Chald.* יְרַח. *Emph.* ܝܪܚܐ menſis, *Luc.* 1 : 26. 36. *Apoc.* 9 : 15. 22 : 2. Plur. ܝܪ̈ܚܝܢ *Joh.* 4 : 35. *Act.* 20 : 3. *Jacob.* 5 : 17. *Emph.* ܝܪ̈ܚܐ *Luc.* 1 : 24. 56. 4 : 25. *Act.* 7 : 20. 18 : 11. 19 : 8. 28 : 11. *Gal.* 4 : 10. *Hebr.* 11 : 23. *Apoc.* 9 : 5. 10. 11 : 2. 13 : 5.

ܪ̈ܫܝ ܝܪ̈ܚܐ principia menſium, *i.e.*, novilunia, *Col.* 2 : 16.

* יָרַק *Hebr.* Spuit, exſpuit. *Ethpeel* ܐܬܝܪܩ Attenuatus eſt, macruit. *Aphel* ܐܘܪܩ Pallidum fecit. *Eccl.* 25 : 21.

ܝܪܩ *m.* Olus. *Hebr.* יָרָק. *Emph.* ܝܪܩܐ, *Rom.* 14 : 2.

ܝܪܘܩܐ *m. emph.* Idem. Plur. *emph.* ܝܪ̈ܘܩܐ Olera, *Mat.* 13 : 32. *Mar.* 4 : 32.

ܝܘܪܩ *m.* Idem: *Item,* color viridis, dilutus, *qualis eſt olerum*;

viridis, viriditas herbæ. Olus, *Luc.* 11 : 42. *Emph.* ܝܘܪܩܐ Viridis *equus*, *Apoc.* 6: 8. Viride *gramen*, *cap.* 8: 7. Viride, *cap.* 9: 4.

ܝܪܬ *m.* Hæres *alicujus* effectus fuit, jure hæreditario poſſedit, in hæreditatem ſucceſſit, hæreditatem adiit, hæreditavit, poſſedit. *Hebr.* ירשׁ, ש *&* ܬ *permutatis*, *Chald.* ירת, *Arab.* ورث ורת. Hæreditario obtinuit, *Hebr.* 1: 4. *Benoni* ܝܪܬ *m.* hæreditans; *& in nomen degenerat*, hæres. Hæreditans, 1 *Cor.* 15: 50. *Emph.* ܝܪܬܐ hæres, *Mat.* 21: 38. *Mar.* 12: 7. *Luc.* 20: 14. *Rom.* 4: 13. *Gal.* 4: 1. *Hebr.* 1: 2. 11: 7.

Plur. maſc. ܝܪܬܝܢ hæreditantes, 1 *Cor.* 6: 9. 10. *Gal.* 5: 21. *Emph.* ܝܪܬܐ hæredes, *Rom.* 4: 14. 8: 17, *bis.* *Gal.* 3: 29. 4: 7. *Tit.* 3: 7. *Hebr.* 6: 12. 17. *Jacob.* 2: 5.

Plur. fœm. ܝܪܬܢ hæreditantes *aut* hæredes, 1 *Petr.* 3: 7.

Infinit. ܠܡܐܪܬ hæreditare, 1 *Cor.* 15: 50. ܕܢܐܪܬܝܗ ܐܝܟ ut hæreditario poſſideret eam, *Act.* 7: 5. *Imperat.* ܐܪܬܘ *m.* poſſidete, *Matt.* 25: 34. *Futur.* ܢܐܪܬ *m.* hæreditabit, *cap.* 19: 29. *Gal.* 4: 30. *Hebr.* 12: 17. *Apoc.* 21: 7. ܐܐܪܬ *c.* poſſideam, *Mar.* 10: 17. *Luc.* 10: 25. 18: 18. ܢܐܪܬܘܢ *m.* poſſidebunt, *Matth.* 5: 5. ܬܐܪܬܘܢ *m.* poſſideatis, 1 *Petr.* 3: 9.

ܝܪܬܘܬܐ *f. emph.* Hæreditas, poſſeſſio hæreditaria, *Mar.* 12: 7. *Luc.* 12: 13. 20: 14. *Act.* 7: 5. *Gal.* 3: 18. *Eph.* 1: 19. 5: 5. *Col.* 1: 12. 3: 24. *Hebr.* 9: 15. 11: 8. *Filii* hæreditatis, *i. e.*, cohæredes, *v.* 9; *conf. ſupra pag.* 68. Hæreditas, 1 *Petr.* 1: 4. ܝܪܬܘܬܗ hæreditas ejus, *Matt.* 21: 38. *Eph.* 1: 18. 3: 6; *de hoc loco vide ſupra pag.* 68. *Affixum hoc abundat Rom.* 8: 17. ܝܪܬܘܬܢ hæreditas noſtra, *Eph.* 1: 14.

ܝܘܪܬܢܐ *m. emph.* Idem. *Act.* 7: 45. 13: 19. 20: 32.

ܡܪܝܬܐ *m. emph.* Merum, muſtum, *Act.* 2: 13. *Hebr.* תִּירוֹשׁ, *Chald.* מֵירַת כְּרַם.

* ישט *Aphel* ܐܘܫܛ *m.* Extendit, porrexit. *Hebr.* הוֹשִׁיט, *Chald.* אוֹשֵׁט. Extendit, *Mat.* 26: 51. Porrexit, *Act.* 9: 41. ܐܘܫܛܬܘܢ *m.* extendiſtis, *Luc.* 22: 53.

Partic. præſ. ܡܘܫܛ *m.* porrigens, *Matt.* 7: 9. 10. *Luc.* 11: 11, *bis.*

bis. 12. *Joh.* 20: 25. Extendens, *Act.* 4: 30.
Imperat. ܐܘܫܛ *m.* porrige, *Joh.* 20: 27.

* יְשַׁן Hebr. Dormivit profundè & continuè, obdormivit, indormivit. *Hinc Hebr.* שֵׁנָה, *Chald.* שֵׁנָא; *emph.* שִׁנְתָּא, & *Syriacum*

ܫܢܬܐ *f. emph.* Somnus, *Luc.* 9: 32. *Joh.* 11: 13. *Act.* 20: 9. ܫܢܬܗ ſomnus ſuus, *Mat.* 1: 24. ܫܢܬܢ ſomnus noſter, *Rom.* 13: 11.

* ישע *Hiphil* הוֹשִׁיעַ Salvavit, ſervavit. *Hinc* ܝܫܘܥ Salvator, Servator, Ἰησοῦς, Jeſus, *Matt.* 1: 21. *Hebr.* יֵשׁוּעַ, *Arab.* يشوع, *Æthiop.* ኢየሱስ: *priſcis Babyloniis & Talmudicis* ישו Σωτήρ, Salvator mundi. *Quid Judæi per has literas* ישו *intelligant, vide in Abbreviaturis Hebr. Cl. Buxt. Nomen* ܝܫܘܥ *occurrit in Evangeliſtis quatuor ſeptingenties tricies novies, & in reliquis N.T. ſcriptis ter centies decies novies, ubi ferè ſemper additur nomen* ܡܫܝܚܐ Meſſias, Χριστὸς, Chriſtus, unctus. *Bis ponitur pro Joſua, Act.* 7: 45. & *Hebr.* 4: 8; *ubi additur* ܒܪ ܢܘܢ filius Nun. *Legitur etiam pro Jeſu qui vocatur* Juſtus, *Col.* 4: 11.

ܐܘܫܥܢܐ Hoſanna, hoſianna, ὡσαννά, *Mat.* 21: 9, *bis.* 15. *Marc.* 11: 9. 10. *Joh.* 12: 13. *Eſt vox fauſtæ & devotæ acclamationis ex* הוֹשִׁיעָה נָּא ſalva nunc quæſo *Pſal.* 118: 25 *facta. Vide & quæ de hac voce ſcripſerunt Tremellius in notis* Mat. 21: 9, *Angelus Caninius cap.* 4 *de locis S. Scripturæ* Hebraicis, *Druſius ad voces* Hebræas *N.T.*

ܝܬ *Nota* accuſativi caſus. Hebr. אֵת, *Chald.* יָת. *in Verſ. Syr. V.T. Gen.* 1: 1, *bis. Eccl.* 2: 3. 3: 17, *bis.* 4: 1. 8: 9. *Cant.* 3: 5. 8: 4.

ܝܬܒ *m.* Sedit, aſſedit, conſedit, deſedit, reſedit, manſit, habitavit, inhabitavit. Hebr. יָשַׁב, *Chald.* יְתֵב. Sedit, *Matth.* 5: 1. 13: 1. 15: 29. 24: 3. 26: 58. 27: 19. *Mar.* 9: 35. 12: 41. 13: 3. 16: 19. *Luc.* 4: 20. 5: 3. 7: 15. 8: 22. Joh. 4: 6. 12: 14; *eſt hoc in loco præteritum in Vien. Tremel. Reg. Hutt. Troſt. Pariſ. & Angl. Editionibus; in Gutbierii Edit. eſt Benoni.* Sedit, *cap.* 19: 13. *Act.* 12: 21. Manſit, *cap.* 18: 11. Sedit, *cap.* 25: 6. 1 *Cor.* 10: 7. *Hebr.* 1: 3. 10: 12. 12: 2.

ܝܬܒܬ *f.* ſedit, *Luc.* 10: 39. Reſedit, *Act.* 9: 40. ܝܬܒܬ *c.* ſedi, *Act.* 25: 17. *Apoc.* 3: 21. ܝܬܒܘ *m.* ſederunt, *Mat.* 13: 48. 23: 2. *Job.* 6: 17. *Act.* 2: 3. 13: 14. *Apoc.* 20: 4.

ܝܬܒܬܘܢ *m.* ſediſtis, 1 *Cor.* 5: 2. ܝܬܒܢ *c.* ſederemus, *Act.* 16: 13.
Benoni ܝܬܒ *m.* ſedens, *Mat.* 4: 16. Deſidens, *cap.* 9: 9. Sedens, *cap.* 19: 28. 23: 22. 26: 55. 64. 69. 28: 2. *Mar.* 2: 14. 3: 32. 5: 15. 10: 46. 14: 54. 62. 16: 5. *Luc.* 2: 46. 5: 3. 27. 8: 35. 14: 28. 18: 35. 22: 55. 56. 69. *Joh.* 6: 3. 9: 8. *Act.* 3: 10. 8: 28. 23: 3. Aſſidens, 1 *Cor.* 14: 30. Sedens, *Apoc.* 4: 2. 3. 9. 10. 5: 1. 7. 13. 6: 2. 4. 5. 8. 16. 7: 10. 15. 14: 14. 15. 19: 4. 11. 19. 21. 20: 11. 21: 5.

Fœm. ܝܬܒܐ ſedens, *Joh.* 11: 20. *Apoc.* 17: 1. 3. 9. 15. 18: 7.
Plur. maſc. ܝܬܒܝܢ ſedentes, *Mat.* 4: 16. 11: 16. 20: 30. 27: 36. *Mar.* 2: 6. 3: 34. *Luc.* 1: 79. 5: 17. 7: 32. Habitantes, *cap.* 21: 35. Sedentes, *cap.* 22: 55. *Joh.* 2: 14. 20: 12. *Act.* 2: 2. 6: 15. 26: 30. *Apoc.* 4: 4. 9: 17. 11: 16. 19: 18.

Plur. fœm. ܗܘܝ ܝܬܒܢ *f.* ſedebant, *Mat.* 27: 61.
Infinit. ܠܡܬܒ ſedere, *Apoc.* 3: 21.
Imperat. ܬܒ *m.* ſede, *Mat.* 22: 44. *Mar.* 12: 36. *Luc.* 16: 6. 7. 20: 42. *Act.* 2: 34. *Hebr.* 1: 13. *Jacob.* 2: 3.
ܬܒܘ *m.* ſedete, *Mat.* 26: 36. *Marc.* 14: 32.
Futur. ܢܬܒ *m.* ſederet, *Mat.* 13: 2. Sedebit, *cap.* 25: 31. *Mar.* 4: 1. Sedeat, *cap.* 10: 37. 2 *Theſ.* 2: 4.
ܢܬܒܘܢ *m.* ſedeant, *Mat.* 20: 21. ܬܬܒܘܢ *m.* ſedebitis, *cap.* 19: 28. Sedeatis, *cap.* 20: 23. *Mar.* 10: 40. *Luc.* 22: 30.
Aphel ܐܘܬܒ *m.* Sedere, habitare fecit, collocavit, conſtituit. ܐܘܬܒܗ ſedere fecit eum, *Epheſ.* 1: 20. ܐܘܬܒܢ collocavit nos, *Act.* 27: 6. *Epheſ.* 2: 6. *Imperat.* ܐܘܬܒܘ *m. eos qui ſunt contempti in Eccleſia* conſtituite *vobis in judicio*, 1 *Cor.* 6: 4. *Futur.* ܐܘܬܒ *c.* collocabo, *Act.* 2: 30.

ܡܘܬܒ *m.* Sedes, cathedra, thronus, habitatio, habitaculum, ſeſſio, conſeſſus. *Hebr.* מוֹשָׁב, *Chald.* מוֹתַב. *Emph.* ܡܘܬܒܐ; *ſcribitur* & ܡܘܬܒܐ. *Plur. emph.* ܡܘܬܒܐ conſeſſus, *Mat.* 23: 6. *Mar.* 12: 39. *Luc.* 11: 43. 20: 46. Throni, *Col.* 1: 16.

ܬܘܬܒܐ ܬܘܬܒܐ *m. emph.* Incola, inquilinus, advena. *Hebr.* תּוֹשָׁב, *Chald.* תּוֹתָב, *emph.* תּוֹתָבָא. Inquilinum *ſemen*, *Act.* 7: 6. Inquilinus, *v.* 29. *Hebr.* 11: 9. *Plur. emph.* ܬܘܬܒܐ Incolæ, *Act.* 13: 17; *vide hic var. Lectiones.* *Epheſ.* 2: 19. *Hebr.* 11: 13. Advenæ, 1 *Petr.* 1: 1. Incolæ, *cap.* 2: 11.

ܬܘܬܒܘܬܐ *f. emph.* Peregrina commoratio, habitatio peregrina,

na, incolatus. *Chald.* תּוֹתָבוּתָא. ܬܘܬܒܘܬܟܘܢ incolatus veſter, 1 *Petr.* 1: 17.

يتم יתם *Arab.* Orphanus, parentibus deſtitutus fuit *puer*: *peculiariter*, *in hominibus*, orbus patre; *in brutis*, orbatus matre fuit *pullus*: unicus & ſolitarius fuit: pari ſimilique caruit. *Ethpaal* ܐܬܝܬܡ Orbatus, pupillus factus eſt.

ܝܬܡ *m.* Pupillus, orphanus, orbatus. *Hebr.* יָתוֹם, *Chald.* יְתַם. *Emph.* ܝܬܡܐ, *Chald.* יִתְמָא. *Plur. emph.* ܝܬܡܐ orphani, *Joh.* 14: 18. Orbati, 1 *Theſ.* 2: 17. Pupilli, *Jacob.* 1: 27.

ܝܬܪ *m.* Superfuit, reliquum, reſiduum fuit, abundavit, lucratus eſt, lucrifecit, profuit, profecit. *Chald.* יְתַר. Lucratus eſt, *Mat.* 25: 16. ܝܬܪܬ *m.* lucratus es, *cap.* 18: 15. ܝܬܪܘ *m.* ſuperfuerunt, *Luc.* 9: 17. *Joh.* 6: 12. 13. *Benoni* ܝܬܪ *m.* proficiens, 1 *Cor.* 13: 3. *Plur.* ܝܬܪܝܢܢ lucrabimur, *Jacob.* 4: 13; *conſtat ex* ܝܬܪܝܢ *m.* lucrantes & ܚܢܢ nos *ſ.* erimus. *Futur.* ܢܐܬܪ *m.* lucretur, *Mar.* 8: 36. *Luc.* 9: 25. ܬܐܬܪ *m.* lucraberis, *Mar.* 7: 11. ܬܐܬܪ *f.* abundaverit, Matt. 5: 20; *abſque jud paragogico.* ܐܐܬܪ *c.* lucrifacerem, 1 *Cor.* 9: 19. 20, *bis.* 21. 22. *Phil.* 3: 8.

Paël ܝܬܪ *m.* Abundare fecit, auxit. *Futur.* ܢܝܬܪ *m.* augeat, 2 *Cor.* 9: 8. Abundare faciat, 1 *Theſ.* 3: 12.

Ethpaal ܐܬܝܬܪ *m.* Abundavit, redundavit, ſuperfuit, præſtans, excelluit, excellens fuit, ſuperabundavit, exuberavit. Abundavit, *Rom.* 3: 7. Redundavit, 2 *Cor.* 8: 2. Superfuit, *v.* 15.

ܐܬܝܬܪܬ *f.* exuberavit, *Rom.* 5: 20. *Eph.* 1: 8. *Partic.* ܡܬܝܬܪ *m.* abundans, 2 *Cor.* 1: 5. Excellens, *Gal.* 1: 14. *Fœm.* ܡܬܝܬܪܐ abundans, 2 *Cor.* 4: 15. 7: 4. *Plur. maſc.* ܡܬܝܬܪܝܢ abundantes, 2 *Cor.* 1: 5. 8: 7. ܡܬܝܬܪܝܢܢ abundabimus, 1 *Cor.* 8: 8; *ex* ܡܬܝܬܪܝܢ abundantes & ܚܢܢ nos *vel* erimus *compoſitum.*

Futur. ܢܬܝܬܪ *m.* abundabit, Mat. 13: 12. Abundet, *Phil.* 1: 9. Exuberet, *v.* 26. ܬܬܝܬܪ *f.* abundabit, *Rom.* 5: 15. 6: 1; *ſine jud paragogico.* ܬܬܝܬܪܘܢ *f.* excellet, 2 *Cor.* 3: 9. ܠܡܬܝܬܪܘ *c.* abundare,

Phil. 4: 12: *eſt hic futurum cum præfixo* ܕ *loco infinitivi.* ܬܬܝܬܪܘܢ *m.* Exuberetis; *Rom.* 15: 13. Excellatis, 1 *Cor.* 14: 12. Abundetis, 2 *Cor.* 8: 7. 9: 8. Exuberetis, *Col.* 2: 7. Excellatis, 1 *Theſ.* 4: 10.

ܢܬܝܬܪ *c.* redundabimus, 2 *Cor.* 10: 16.

Aphel ܐܘܬܪ *m.* Abundantem fecit, lucrari fecit, lucrifecit, juvit, profuit, profecit. Lucrifecit, *Luc.* 19: 16. ܐܘܬܪܬ *f.* profuit, *Hebr.* 4: 2. *Partic. præſ.* ܡܘܬܪ *m.* proficiens, *Mat.* 27: 24. Lucrari faciens, *Act.* 19: 24. ܐܢܐ ܡܘܬܪ prodero, 1 *Cor.* 14: 6. ܡܘܬܪ prodeſt, 1 *Tim.* 4: 8. *Fœm.* ܡܘܬܪܐ juvans, *ibid.* *Plur. maſc.* ܡܘܬܪܝܢ proficientes, *Joh.* 12: 19.

ܝܬܝܪ *m.* Excellens, præſtans, eximius, abundans, exuberans, copioſus, ſuperfluus, ſuperans, nimius, gravis, gravior, magnus, major, amplus, amplior, vehementior, multus, plus. *Adverbialiter,* multùm, plùs, magis, valde, ampliter, ampliùs, abundanter, excellenter, plùs æquo, ſuperabundanter, ſupra modum. Ampliter, *Mat.* 5: 20. Abundans, *v.* 37. Eximium, *v* 47. Magis, *cap.* 6: 30. Præſtans, *cap.* 10: 24. Ampliter, *v.* 37, *bis.* Excellens, *cap.* 11: 9. 12: 12. 42. Multùm, *cap.* 18: 13. Plus, *cap.* 20: 10. 26: 53. Magis, *Mar.* 7: 36. Plus, *cap.* 12: 43. Abundans, *v.* 44. Pluris, *cap.* 14: 5. Amplius, *Luc.* 3: 13. Præſtans, *cap.* 6: 40. Excellens, *cap.* 7: 26. Plùs, *v.* 42. 9: 13. Amplius, *cap.* 10: 35. Magis, *cap.* 11: 13. Excellens, *verſſ.* 31. 32. Amplius, *cap.* 12: 4. Magis, *v.* 28. 13: 2. 4. Copioſus, *cap.* 15: 17. Potiùs, *cap.* 18: 14. Multum, *cap.* 21: 3. Abundans, *v.* 4. Præſtans, *Joh.* 10: 10. Potius, *cap.* 12: 43. Plùs, *cap.* 21: 15. Potiùs, *Act.* 4: 19. Ampliùs, *v.* 22. Magis, *cap.* 5: 14. Potius, *v.* 29. Magis, *cap.* 9: 22. 20: 35. Plùs, *cap.* 23: 13. Amplius, *v.* 20. Plùs, *v.* 21. 24: 11. Potiùs, *cap.* 27: 11. Magis, *Rom.* 13: 11. Plus, 1 *Cor.* 4: 6. Magis, *cap.* 10: 13. 14: 18. Potiùs, *v.* 19. Plùs, *cap.* 15: 6 Amplius, *v.* 10. Magis, 2 *Cor.* 1: 8. Plus, *cap.* 8: 3. Amplius, *cap.* 10: 8. Plus, *v.* 13. Excellens, *cap.* 11: 23. Plus, *cap.* 12: 6. Magis, *Gal.* 4: 27. Superans, excellens *virtus*, *Epheſ.* 3: 20. Plus, *ibid.* Magis, *Phil.* 3: 4. Abundans *eſt mihi*, *cap.* 4: 18. Excellens, *Philem.* *v.* 16. Plùs, *v.* 21. *Hebr.* 1: 9. Valde, *Apoc.* 18: 12.

Emph. ܝܬܝܪܐ Major, *Matt.* 9: 16. Majus *judicium*, *cap.* 23: 13. Major, *Marc.* 2: 21. Majus *judicium*, *cap.* 12: 40. *Luc.* 20: 47. Gravius *onus*, *Act.* 15: 28. Excellens, *Rom.* 3: 9. Amplior, 1 *Cor.* 12: 23. Major, *v.* 24. Eximia *charitas*, 2 *Cor.* 2: 4. Abundans, 1 *Theſ.* 5: 13. Majus *judicium*, *Jacob.* 3: 1.

Fœm. ܝܬܝܪܐ præſtans, *Mat.* 6: 25. Magnum, *Mar.* 12: 33. Præſtans, *Luc.* 12: 23. Excellens, *Rom.* 3: 9. *Emph. f.* ܝܬܝܪܬܐ abundans, vehementior, nimia, 2 *Cor.* 2: 7. ſuperfluum, *cap.* 9: 1. Amplior, *Jacob.* 4: 6.

Plur.

Plur. maſc. ܝܬܝܪܝܢ Præſtantes, *Luc.* 12 : 14. Magna *opera*, *Joh.* 5 : 20. 14 : 12. Excellentes, *Act.* 17 : 22. *Emph.* ܝܬܝܪܐ complures, *cap.* 27 : 20.

Plur. fœm. ܝܬܝܪܢ præſtantia *ſigna*, *Joh.* 7 : 31. Exuberantia, 2 *Petr.* 1 : 8. *Emph.* ܝܬܝܪܬܐ plura, 2 *Cor.* 11 : 28.

ܝܬܝܪܘܬܐ *f. emph.* Abundantia, affluentia, ſuperfluitas, copia; excellentia, præſtantia. Abundantia, *Luc.* 12 : 15. 2 *Cor.* 8 : 2. Excellentia, *cap.* 12 : 7. *Eſt quoque in quibuſdam Editionibus Epheſ.* 1 : 19. *vide var. Lect.* ܝܬܝܪܘܬܗ excellentia ejus, *Rom.* 3 : 1; *Gr.* τὸ περισσὸν, *affixum hic abundat.* ܝܬܝܪܘܬܗܘܢ abundantia eorum, 2 *Cor.* 8 : 14. ܝܬܝܪܘܬܟܘܢ abundantia veſtra, *v.* 13.

ܝܬܝܪܐܝܬ Multùm, plùs, ampliùs, excellenter, excellentiùs, magis, potiùs, potiſſimum, præcipuè, præſertim, maximè, abundanter, abundantiùs, vehementer. Potiùs, *Mat.* 10 : 6. 28. Magis, *cap.* 20 : 31. Ampliùs, *cap.* 27 : 23. Maximè, *Act.* 20 : 38. 25 : 26. 26 : 26. Excellenter, 1 *Cor.* 7 : 38. Potiſſimum, 2 *Cor.* 1 : 12. Excellentiùs, *cap.* 3 : 11. Abundantiùs, *cap.* 7 : 13. Præſertim, 1 *Tim.* 5 : 8. Maximè, 2 *Tim.* 1 : 18. Multùm, *cap.* 2 : 16. Ampliùs, *Hebr.* 7 : 15. Magis, 2 *Petr.* 1 : 10. Præcipuè, præſertim, *cap.* 2 : 10. Maximè, 3 *Joh. v.* 5.

ܝܘܬܪܢ *m.* Utilitas, commodum, emolumentum, lucrum. *Hebr.* יִתְרוֹן, *Chald.* יוּתְרָן. Utilitas, 2 *Tim.* 2 : 14. *Tit.* 3 : 9. *Hebr.* 7 : 18. *Emph.* ܝܘܬܪܢܐ lucrum, *Act.* 19 : 24. *Phil.* 1 : 21. 3 : 7. ܝܘܬܪܢܗ utilitas ejus, *Rom.* 3 : 1; *affixum* πλεονάζει. *Plur. emph.* ܝܘܬܪܢܐ lucra, 1 *Tim.* 3 : 8. *Tit.* 1 : 7. 11. 1 *Petr.* 5 : 2. *Jud. v.* 16.

ܡܝܬܪ *m.* Exuberans, præſtans, excellens, bonus, virtute præditus, magnus, honorabilis, eximius, præſtantior, excellentior, potior. *Eſt nomen formæ participii Paël.* Excellens, *Act.* 26 : 13. 1 *Cor.* 15 : 41. Exuberans, 2 *Cor.* 9 : 12. Præſtans, *Phil.* 2 : 3. Excellens, *v.* 9. Præcellens, *Hebr.* 1 : 4. Magnus, *cap.* 7 : 7. Præſtans, *v.* 19. Potior, *cap.* 10 : 34. Præſtans, *cap.* 11 : 26. Excellens, 1 *Petr.* 1 : 7. Excellentior, *cap.* 3 : 4.

Emph. m. ܡܝܬܪܐ excellens, 2 *Cor.* 3 : 10. Eximia *lux*, 1 *Petr.* 2 : 9. *Fœm.* ܡܝܬܪܐ excellentior, 1 *Cor.* 12 : 31. Præſtantius *Teſtamentum*, *Hebr.* 7 : 22. Excellens, *cap.* 8 : 6. Excellentius *Teſtamentum*, *ibidem.* Bonus, *cap.* 11 : 4.

Emph. f. ܡܝܬܪܬܐ excellentior, *v.* 35. *Plur. maſc.* ܡܝܬܪܝܢ præſtantes, *Matth.* 6 : 26. 10 : 31. *Luc.* 12 : 7. Excellentes, 2 *Cor.* 11 : 5. 12 : 11. Excellentes, *Hebr.* 8 : 6. Potiores, *cap.* 9 : 23.

Emph.

Emph. ܡܝܬܪ̈ܐ *m.* excellentiora *veſtimenta*, 1 *Petr.* 3 : 3.

ܡܝܬܪܘܬܐ *f. emph.* Virtus moralis, præſtantia : meritum. Virtus, 2 *Petr.* 1 : 3. 5, *bis.*

ܡܘܬܪ *m.* Utilis, commodus, ditans. *Eſt nomen formæ participii Aphel. Plur. fœm.* ܡܘܬܪ̈ܢ utilia, *Tit.* 3 : 8. *Hinc eſt formatum nomen*

ܡܘܬܪܢܐ *m. emph.* Idem. Utilis, 2 *Tim.* 3 : 16.

ܬܘܬܪ *m.* Abundantia, redundantia, ſuperfluitas, περίσσευμα. *Plur. emph.* ܬܘܬܪ̈ܐ abundantiæ, *Mat.* 14 : 20. 15 : 37 ; *Gr.* τὸ περισσεῦον. *Marc.* 8 : 8 ; *Gr.* περισσεύματα. *Conſtr.* ܬܘܬܪ̈ܝ abundantiæ, *Matth.* 12 : 34. *Luc.* 6 : 45, *Gr.* περίσσευμα. *Hinc Tartarorum ſeu Totatorum appellationem ortam eſſe volunt : vide Lex. Chald. & Syr. Buxt. in quo allegantur Philip. Mornæus lib. de veritate relig. Chriſt. pag.* 516. *& Nicol. Fullerus Miſcel. lib.* 2. *cap.* 5.

ܟ

ܟ *Præfixum præfigitur particulæ* ܡܐ, *vide* ܡܐ.

ܟܐ Hic. *Hebr.* כה, *Chald.* כָּא. ܠܟܐ Huc, *Mat.* 8 : 29. 17 : 17. 21 : 3. *Act.* 22 : 17. *vide & in* ܗܪܟܐ *pag.* 136. ܡܟܐ Hinc, *Mat.* 17 : 20. *Luc.* 16 : 26. *Joh.* 2 : 16. 18 : 36. ܚܕ ܡܟܐ ܘܚܕ ܡܟܐ unum hinc alterum illinc, *Joh.* 19 : 18. ܐܟܐ *vide pag.* 15.

ܟܐܐ *m.* Vetuit, increpavit, objurgavit, cohibuit, prohibuit, inhibuit, repreſſit, reprehendit, corripuit. *Hebr. Piël* כִּהָה, *Chald. Peal* כְּהָא, כְּהָה. Repreſſit, coërcuit, cohibuit. Repreſſit, *Matth.* 8 : 26.
Inhibuit, *Mat.* 9 : 30 ; *hîc in Reg.* [*charact. Syr.*] *Troſt. & Gutb. Edit. eſt* ܟܐ ; *in Vienn. autem, Tremel. Reg.* [*charact. Chald.*] *Plant. in* 8° *&* 12°, *Pariſ. min. Hutt. Pariſ. maj. & Angl. Edit. legitur* ܟܐܐ. Prohibuit, *cap.* 12 : 16. Increpavit, *cap.* 17 : 18. Cohibuit, *Marc.* 1 : 25. Prohibuit, *v.* 43. Repreſſit, *cap.* 4 : 39. Inhibuit, *cap.* 8 : 30. Reprehendit, *v.* 33. Objurgavit, *cap.* 9 : 25. *Luc.* 4 : 35. 39. Repreſſit, *cap.* 8 : 24. 9 : 21. 42. Increpavit, *v.* 55. Objurgavit, *cap.* 23 : 40.
ܟܐܘ *m.* prohibuerunt, *Mat.* 19 : 13. Objurgarunt, *Luc.* 18 : 15. *Benoni* ܗܘܐ ܟܐܐ *m.* cohibebat, *Mar.* 3 : 12. Increpabat, *Luc.* 4 : 41. *Plur.*

Plur. *maſc.* ܗܘܘ ܟܐܝܢ increpabant, *Matth.* 20: 31. Reprimebant, *Mar.* 10: 13; *vide hoc in loco var. Lectiones. Verſ.* 48. Objurgabant, *Luc.* 18: 39.

Infinit. ܠܡܟܐܐܘ increpare, Mat. 16: 22. *Mar.* 8: 32.

Imperat. ܟܐܝ *m.* increpa, *Luc.* 17: 3. Objurga, *cap.* 19: 39.

ܟܐܝܬܐ *f. emph.* Increpatio, objurgatio, correptio, 2 *Cor.* 2: 6. *Vide & Deut.* 28: 20. 2 *Sam.* 22: 16. *Jeſ.* 30: 17. *Job* 26: 11. 2 *Macc.* 7: 33.

ܟܐܒ *m.* Doluit, condoluit, dolore affectus eſt. *Hebr.* כָּאַב, *Chald.* כְּאֵב, *Arab.* كَئِبَ כִּיב. Doluit, *Hebr.* 10: 34. Condoluit, 1 *Sam.* 22: 8. *Benoni* ܟܐܒ *m.* dolens, 1 *Cor.* 12: 26.

Aphel ܐܟܐܒ *m.* Dolore affecit, afflixit. *Hebr.* הִכְאִיב, *Chald.* אַכְאֵב, *Arab.* أَكْأَبَ אַכְאַב. *Partic. Præt. plur. maſc. emph.* ܡܟܐܒܐ Dolore affecti, afflicti, *Luc.* 14: 21; *vide var. Lectiones: ſimile exemplum eſt ſupra in* ܟܐܒ.

ܟܐܒ *m.* Dolor, languor, morbus: paſſio, affectus, *h. e.*, *perturbatio animi ex corporis affectu nata.* Languor, *Matt.* 4: 23. Dolor, *cap.* 10: 1. ܟܐܒ ܡܥܝܐ dolor viſcerum, *i. e.*, δυσεντερία, *Act.* 28: 8. *Emph.* ܟܐܒܐ morbus, *Joh.* 5: 4. Dolor, *Rom.* 9: 2. *Apoc.* 16: 10. 21: 4. *Plur.* ܟܐܒܝܢ dolores, *Mat.* 9: 35. *Emph.* ܟܐܒܐ paſſiones, *Rom.* 1: 26. 7: 5. *Col.* 3: 5. *Apoc.* 16: 11. ܟܐܒܘܗܝ paſſiones ejus, *Gal.* 5: 24. ܟܐܒܝܢ dolores noſtri, *Matth.* 8: 17.

ܟܐܒܬܐ *m. emph.* Dolorificum *ulcus*, *Apoc.* 16: 2.

* כָּבַד *Hebr.* Gravis, aggravatus, ingravatus fuit. *Hiphil* הִכְבִּיד ingraveſcere fecit, aggravavit. *Hithpaël* הִתְכַּבֵּד aggravatus eſt.

ܟܒܕܐ *a.* ܟܒܕܐ *f. emph.* Jecur, hepar: *Tremel.* Fel. *Hebr.* כָּבֵד, *Chald.* כְּבַד, *emph.* כַּבְדָּא; *q. omnium viſcerum graviſſimum: vide Galenum de uſu* Par. VI. 17. *Act.* 8: 23; *ubi alii legunt* ܒܟܒܕܐ in felle; *ſic Crineſ. in Lexico: Schindl.* כַּבְדָּא fel, bilis *aut* ira; מַכְבִּיד provocans ad iram.

ܟܒܠ *m.* Compedivit, ligavit, vinxit. *Chald.* כְּבַל, *Arab.* كَبَلَ כַּבַּל.

ܟܒܠܐ *m. emph.* Compes, ligamen, vinculum. *Hebr.* כֶּבֶל, *Arab.* كَبْلٌ כַּבְלֻן & كِبْلٌ כִּבְלֻן. *Lat.* Copula: *vide Lex. Aven.* P*lur. emph.* ܟܒܠܐ compedes, *Luc.* 8: 29.

ܟܒܪ Auctus, magnificatus eſt, crevit *in opibus*, *Gen.* 35: 11. 48: 16. *Arab.* كَبُرَ Magnus fuit *quantitate continuâ & diſcretâ*, grandis, multus, creber, copioſus fuit. *Aphel* ܐܟܒܪ Auxit, accumulavit *opes*, magnificavit, *Gen.* 17: 20. 28: 3. *Hiphil Hebr.* הִכְבִּיר Multiplicavit, multum, copioſum reddidit.

ܟܒܪ Fortè, forſan, fortaſſis, forſitan; jam, nunc; olim, antea. *Hebr.* כְּבָר jam, *temporis particula, & ferè præteriti.* Olim, *Matth.* 11: 21. Forſitan, *Mar.* 12: 6. *Luc.* 4: 23. Olim, *cap.* 10: 13; *vide hic var. Lect.* Forſitan, *cap.* 20: 13. Jam, *Act.* 11: 18. Fortaſſis, *cap.* 12: 15. 28: 4. Jam, *Rom.* 9: 19. 11: 19. Fortaſſe, 1 *Cor.* 16: 6. 2 *Cor.* 12: 16. *Philem. v.* 15. Olim, *Hebr.* 10: 2.

ܟܒܪܐ *vide* כבר

ܟܒܪܝܬܐ *f. emph.* Sulphur. *Hebr.* גָּפְרִית, *Chald.* כַּבְרִיתָא. *Literis eorundem organorum*, ג & כ, *ac* פ & ב, *inter ſe commutatis. Luc.* 17: 29; *Apoc.* 9: 17 18. 14: 10. 19: 20. 20: 10 21: 8. *in Pariſ. & Angl. Edit. Choph punctatum eſt cum Revozo. De hac voce vide Lud. de Dieu Gram. Harm. pag.* 8 & 19, *ut & Animadv. ejus Apoc.* 9: 17.

ܟܒܪܝܬܝܐ *m. emph.* Sulphureus. P*lur. emph.* ܟܒܪܝܬܝܐ ſulphureæ *loricæ*, *Apoc* 9: 17; *vide var. Lect.*

ܟܒܪܝܬܐ *f. emph.* Favus. *Chald.* כַּבְרִיתָא, כַּבְּרִיתָא, P*ſal.* 19: 11. Pro*v.* 16: 24. 24: 13. *Denominatio eſt à multitudine foraminum in favo, juxta Lex. Schindl. Syra vox in N. T. non legitur, niſi Luc.* 24: 42; *& quidem in quibuſdam tantùm Editionibus, quæ in variis Lectionibus recenſentur; in aliis, ut & in noſtra, eſt vox* ܟܘܪܝܬܐ, *de qua infra in* ככר.

ܟܒܫ *m.* Subjecit, ſubjugavit, domuit. *Benoni* ܟܒܫ *m.* ſubjiciens, 1 *Cor.* 9: 27. P*lur. maſc.* ܟܒܫܝܢܢ ſubjugamus, 2 *Cor.* 10: 4; *ex* ܟܒܫܝܢ ſubjugantes & ܚܢܢ nos *vel* ſumus *compoſitum. Infinit.* ܠܡܟܒܫܗ domare eum, *Mar.* 5: 4. *Futur.*

ܢܟܒܫܘܢܗ

ܕܢܟܒܫܝܗ̇ *m.* ſubjugare eam *linguam*, Jacob. 3 : 8; *futurum cum præfixo dolath loco infinitivi : & affixum πλεονάζει.*

ܟܘܒܫܐ *m. emph.* Scabellum, ſuppedanium. *Mat.* 5 : 35. *Mar.* 12 : 36. *Act.* 2 : 35. 7 : 49. *Hebr.* 1 : 13. 10 : 13. *Jacob.* 2 : 3.

ܟܕ Cum, quum, quando, poſtquam; dum: etſi, etiamſi, licet, quamvis, quanquam. *Chald.* כַּד, כְּד, *Rabb.* כְּשֶׁ, & *hoc valet idem quod Hebr.* כַּאֲשֶׁר. Quum, *Mat.* 1 : 18. 20. 24. 2 : 1. 9. 10. 13. 16. 19. 22. 3 : 6. 7. 16. 4 : 12. 18. 21. 5 : 1. 7 : 28. 8 : 1. 5. 10. 23. 28. 34. 11 : 1; *hic præfixum dolath πλεονάζει.* 24 : 3. *Act.* 28 : 17. Jacob. 3 : 6. 2 *Petr.* 1 : 4. *Jud. v.* 3, *bis.* Dum, *Act.* 25 : 3. *Eph.* 2 : 22. 3 : 4. 1 *Petr.* 5 : 9. 2 *Petr.* 2 : 8. 10. *Jud. v.* 16. Quanquam, *Act.* 14. 16. 28 : 17. 1 *Cor.* 12 : 12. 2 *Cor.* 4 : 17. *Phil.* 3 : 4. *Hebr.* 5 : 8. 12 : 17. *Eſt quoque particula* παραπληρωματικὴ *completiva, ut Mat.* 18 : 8. *Mar.* 10 : 22. *Act.* 9 : 41. 24 : 15. 2 *Cor.* 7 : 1. *Phil.* 3 : 1. *Hebr.* 10 : 1. *Apoc.* 21 : 11. *Sic cum participio, deſignans hoc ipſum retinere ſignificationem participii, ut Mat.* 9 : 2. *Mar.* 2 : 3. 7 : 7. *Act.* 20 : 31. 26 : 14. *Apoc.* 21 : 9. 10. &c.

ܟܝ ܕ Ubi, ubicunque *pro* ܟܝ ܕ *in quibuſdam Edit. legitur*, *Act.* 10 : 23. 28 : 23. *Rom.* 5 : 20. 9 : 26. 15 : 20. *Col.* 3 : 11. *Hebr.* 6 : 20. *vide & infra ſuo loco.*

* כְּדַב *Chald.* Mentitus eſt, abnegavit. *Hebr.* כָּזַב, *literâ dentali* ז *pro more in lingualem* ד *verſâ.* *Samarit.* ࠊࠃࠁ כדב, *Arab.* كَذَبَ כַּדֵּב.

Paël ܟܰܕܶܒ Idem: *item* mendacem fecit. *Chald.* כַּדֵּב.

Partic. præſ. ܡܟܰܕܶܒ *m.* mentiens, 2 *Cor.* 11 : 31. *Gal.* 1 : 20.

ܟܰܕܳܒܳܐ *m. emph.* Mendax. *Chald.* כַּדָּב, *emph.* כַּדָּבָא. *Joh.* 8 : 55.

ܟܰܕܳܒܽܘܬܳܐ *f. emph.* Mendacium. *Chald.* כַּדְבוּתָא. *Joh.* 8 : 44. *Rom.* 1 : 25. *Eph.* 4 : 25. 1 *Tim.* 4 : 2. ܢܒܺܝܶܐ ܕܟܰܕܳܒܽܘܬܳܐ prophetæ mendacii, pſeudoprophetæ, *Matt.* 24 : 24. *Mar.* 13 : 22. *Gr.* ψευδοπροφῆται.

ܟܕܘ Satis eſt, ſufficit, ſufficiens eſt. *Idem quod* כְּדֵי *apud Rabbinos, vox compoſita ex ſervili* כ & *Hebræo* דַּי. *Luc.* 22 : 51. *Joh.* 14 : 8. 2 *Cor.* 2 : 6.

ܡܶܢ ܟܕܘ jam, nunc, ἤδη, *Luc.* 12 : 49. *Joh.* 3 : 18. 4 : 35. 11 : 39. Ab hoc tempore, *Rom.* 1 : 10; *in Editionibus Tremell. Reg. Pariſ. min. Troſt. Pariſ. maj. & Angl. hoc in loco vertitur* Tandem. Jam, *Phil.* 3 : 12, *bis.* 2 *Theſ.* 2 : 7. *Seorſim abſque præpoſita præpoſitione ſignificat* Jam 2 *Petr.* 3 : 1.

ܟܕܢ *m.* In ſervitutem redigit, ſubjugavit, junxit, alligavit jugo. *Chald.* כְּדַן. *Ethpeel* ܐܬܟܕܢ *m.* jugo vinctus *inſtar beſtiæ*, mancipatus, in ſervitutem redactus eſt, ſe ſubjecit.

Futur. ܬܬܟܒܫܘܢ *m.* ſubjicietis vos, *Gal.* 5 : 1.

* כהן ܟܰܗܶܢ *m. Paël* Functus eſt officio *eccleſiaſtico aut politico*, Miniſtravit *in ſacris aut politicis* : *in ſacris*, Sacerdotio ; *in politicis*, Magiſtratu & dignitate functus eſt. *Hebr.* כִּהֵן, *Chald.* כַּהֵן. *Partic. præſ.* ܡܟܰܗܶܢ *m.* ſacerdotio fungens, *Luc.* 1 : 8. *Fœm.* ܡܟܰܗܢܳܐ ſacerdotio fungens, 1 *Petr.* 2 : 9.

ܟܳܗܶܢ *m.* Miniſter *in ſacris aut politicis* : *in ſacris*, *Miniſter Dei*, Sacerdos ; *in politicis*, *Miniſter Regis*, Dux, Princeps, Conſiliarius, aut in quacunque dignitate conſtitutus, Vir magnus. *Hebr.* כֹּהֵן, *Chald.* כָּהֵן ; *Arab.* كاهن כאהן : *in omnibus his linguis eſt nomen formæ participii conjug. primæ.* *Emph.* ܟܳܗܢܳܐ *m.* *Chald.* כָּהֲנָא Sacerdos, *Luc.* 1 : 5. 10 : 31. *Act.* 23 : 2. 4. 5. *Plur.* ܟܳܗܢܺܝܢ, *emph.* ܟܳܗܢ̈ܐ Sacerdotes, *Mat.* 2 : 4. 8 : 4. 12 : 4. 5. 16 : 21. 20 : 18. 21 : 15. 23. 45. 26 : 3. 14. 47. 51. 57. 58. 59. 62. 63. 65. 27 : 1. 3. 6. 12. 20. 41. 62. 28 : 11. *Marc.* 1 : 44. 8 : 31. 10 : 33. 11 : 18. 27. 14 : 1. 10. 43. 47. 53. 54. 55. 60. 61. 63. 15 : 1. 3. 10. 11. 31. *Luc.* 5 : 14. 6 : 4. 9 : 22. 17 : 14. 19 : 47. 20 : 1. 19. 22 : 2. 4. 50. 52. 54. 66. 23 : 4. 10. 13. 23. 24 : 20. *Joh.* 1 : 19. 7 : 32. 11 : 47. 49. 51. 57. 12 : 10. 18 : 3. 10. 13. 15. 16. 19. 22. 24. 26. 35. 19 : 6. 15. 21. *Act.* 4 : 1. 6, *bis.* 23. 5 : 24. 7 : 1. 9 : 2. 14. 21. 19 : 14. 22 : 5. 30. 23 : 14. 24 : 1. 25 : 2. 15. 26 : 10. 12. 1 *Petr.* 2 : 5. *Apoc.* 5 : 10. 20 : 6.

ܟܳܗܢܳܝܳܐ *m. emph.* Sacerdotalis. *Fœm. emph.* ܟܳܗܢܳܝܬܳܐ ſacerdotale *regnum*, *Apoc.* 1 : 6.

ܟܳܗܢܽܘܬܳܐ *f. emph.* Sacerdotium, munus ſacerdotale. *Luc.* 1 : 9. 3 : 1.

ܟܘܳܐ *m.* Aduſſit, inuſſit, cauterio notavit. *Arab.* كوى. *Peil plur. maſc.* ܟܘܶܝܢ aduſti, cauterio notati, 1 *Tim.* 4 : 2.

* כאב كأب *Arab.* Bibit ex ſcypho *ſeu* cantharo non anſato.

ܟܽܘܒܳܐ *m. emph.* Urceus, cupa : *item* Spina. *Plur. emph.* ܟܽܘܒ̈ܐ ſpinæ, *Mat.* 7 : 16. 13 : 7. 22. *Mar.* 4 : 7. 18. 15 : 17. *Luc.* 6 : 44. 8 : 7. 14. *Joh.* 19 : 2. 5.

* כוו ܟܰܘܬܳܐ *f. emph.* Feneſtra. *Chald.* כַּוָּא, *emph.* כַּוְּתָא, *Arab.* كُوّ, كُوَّة & كَوَّة feneſtra, foramen in domus pariete admittens lucem. *Act.* 20 : 9. 2 *Cor.* 11 : 33. *Plur. emph.* ܟܰܘ̈ܐ feneſtræ, 1 *Reg.* 6 : 4.

• כּוּל *Hebr.* Capere, continere, compleċti. *Chald.* כּוּל כַּל Menſus, dimenſus eſt, menſuravit, *liquida*, *vel arida*. *Arab.* كَالَ כָּאל. *Ethpeel* ܐܬܟܝܠ menſus, dimenſus, remenſus, menſuratus eſt. *Chald.* אִתְּכִיל. *Partic.* ܡܬܟܝܠ *m.* metietur, *Mat.* 7: 2. Remetietur, *Mar.* 4: 24. Menſurabitur, *Luc.* 6: 38.

Aphel ܐܟܝܠ Menſus eſt, menſuravit. *Partic. plur. maſc.* ܡܟܝܠܝܢ metientes, *Mat.* 7: 2. *Mar.* 4: 24. *Luc.* 6: 38.

ܟܝܠ *Componitur cum particula* ܗܘ, *& eliſo* ܘ *fit* ܟܝܠܗ; *quod habes pag.* 131: *& coaleſcit cum præfixo* ܡ, *vide hoc ipſum: concreſcit etiam cum particula* ܕܝ, *vide in* ܕܝܠ.

ܟܝܠܐ *m. emph.* Menſura, *ſpec.* major. *Chald.* כֵּילָא, *Arab.* كَيْل כֵּילְ. *Joh.* 3: 34.

ܟܝܠܬܐ *f. emph.* Menſura, *ſpec.* minor, *Mat.* 7: 2. *Mar.* 4: 24. *Luc.* 6: 38, *bis.*

ܟܘܠܐ *m. emph.* Arca, *à capiendo dicta.* *Mat.* 24: 38. *Luc.* 17: 27. *Vienn. Reg. & Troſt. Edit. in priori loco habent* ܠܟܘܠܐ, *in poſteriori* ܠܟܘܠܐ; *attamen in Reg.* [*Charact. Chald.*] *invenitur* לְכוּלָא: *in Tremell. Edit.* לְכוּלָא, *in Pariſ. Angl. Gutb. & noſtra Editione* ܠܟܘܠܐ *utroque in loco legitur.*

ܟܢ ܟܘܢ *m.* Cœpit eſſe. כון *Hebr.* Diſponere, aptare. *Job.* 31: 15. *Arab.* كَانَ כָּאן, *Niphal* נָכוֹן paratus, *ſicut ſtabilis & firmus, qui nec everti aut impediri queat*, præparatus, ratus, certus, rectus, verus, facilis, poſſibilis fuit. *Paël* ܟܘܢ *m.* Arguit, redarguit, reprehendit, corripuit, correxit, accuſavit. *Partic. præſ. plur. maſc.* ܗܘܝܬܘܢ ܡܟܘܢܝܢ *ad lit.* fuiſtis redarguentes, *i. e.*, eſtote redarguentes, *vel* redarguite, *Eph.* 5: 11; *vide ſupra pag.* 129. *Plur. fœm.* ܡܟܘܢܢ accuſantes, *Rom.* 2: 15. *Imperat.* ܟܘܢ *m.* argue, 1 *Tim.* 5. 20. Reprehende, 2 *Tim.* 4: 2. Argue, *Tit.* 2: 15.

Ethpaal ܐܬܟܘܢ *m.* Argutus, redargutus, reprehenſus, culpatus, correptus, correctus eſt. *Partic.* ܡܬܟܘܢ *m.* arguitur, 1 *Cor.* 14: 24.

Epheſ. 5 : 13. ܡܬܟܣܣ ܐܢܬ argueris, *Hebr.* 12 : 5. *Plur. maſc.* ܡܬܟܣܣܝܢ ܐܢܬܘܢ redarguimini, *Jacob.* 2 : 9.

Aphel ܐܟܝܢ Plantavit; firmavit, ſtabilivit; naturam indidit, creavit, naturæ ejuſdem conſortem fecit. *Partic. præt.* ܡܟܝܢ *m.* naturale, *vel ut ſic dicam*, naturatum, *i. e.*, *natura apta donatum*, *Rom.* 1 : 26. *vide de Dieu Gram. Harm. pag.* 301. 302.

ܟܝܢܐ *m. emph.* Eſſentia, generatio, natura. *Quaſi cujuſque rei aptitudo & diſpoſitio. Arab.* كون כִּיּוּן. Natura, *Rom.* 1 : 27. 1 *Cor.* 11 : 14. 2 *Petr.* 1 : 4. 2 : 12. ܟܝܢܗ natura ſua, 1 *Cor.* 15 : 38. ܟܝܢܗ natura ſua, *Rom.* 2 : 27. ܟܝܢܟ natura tua, *cap.* 11 : 24, *bis.* ܟܝܢܗܘܢ natura ſua, *ibidem.* ܟܝܢܗܝܢ natura ſua, *cap.* 1 : 26. 11 : 21; *hoc in loco duo puncta impoſita ſunt.* ܟܝܢܢ natura noſtra, *Gal.* 2 : 15. *Jacob.* 1 : 21. *Plur. emph.* ܟܝܢܐ naturæ, *Jacob.* 3 : 7. ܟܝܢܝܗܘܢ naturæ ſuæ, *Gal.* 4 : 8.

ܟܝܢܝܐ *m. emph.* Naturalis. *Fœm. emph.* ܟܝܢܝܬܐ.

ܟܝܢܐܝܬ Naturaliter, *Jud. v.* 10.

ܟܝܢ Dein, deinde, poſtea, quomodocunque. *Rom.* 11 : 35.

ܟܐܢ *m.* Juſtus, rectus, probus. Rectus, *Luc.* 2 : 25. Juſtum *judicium*, *Joh.* 5 : 30. Juſtus, *Rom.* 3 : 4. Juſtum *mandatum*, *cap.* 7 : 12. Juſtus, *Tit.* 1 : 8. *Nomen hoc in forma abſoluta habet inſertum jud, quod in emphatica amittit*: *vide de Dieu Gram. Harm. pag.* 89.

Emph. m. ܟܐܢܐ Idem. Juſtus, *Mat.* 1 : 19. juſtum *judicium*, *Joh.* 7 : 24. Juſtus, *cap.* 17 : 25. *An* juſtum *eſt coram Deo*, *Act.* 4 : 19. Juſtus, *cap.* 22 : 12. *Rom.* 1 : 17. Juſtum *judicium*, *cap.* 2 : 5. Juſtus, *cap.* 3 : 10. 26. *Hoc* juſtum *eſt*, *Epheſ.* 6 : 1. Juſtum *judicium*, 2 *Theſ.* 1 : 5. Juſtum *eſt coram Deo*, *v.* 6. Juſtus, 2 *Tim.* 4 : 8. *Hebr.* 10 : 38. 11 : 4. Juſtum *eſſe mihi videtur*, 2 *Petr.* 1 : 13. Juſtus, *cap.* 2 : 8. *Apoc.* 15 : 4.

Plur. maſc. ܟܐܢܝܢ juſti, *Rom.* 2 : 13. juſta *judicia*, *Apoc.* 19 : 2. *Emph.* ܟܐܢܐ juſti, *Mat.* 5 : 45. *Recti*, *Luc.* 1 : 17. Juſti, *Act.* 24 : 15. *Rom.* 5 : 19. 1 *Tim.* 1 : 9. *Hebr.* 12 : 23.

Plur. fœm. ܟܐܢܢ juſta, *Phil.* 4 : 8. *Emph.* ܟܐܢܬܐ juſta, *Apoc.* 15 : 3.

ܟܐܢܐܝܬ Recte, juſte, merito. Juſte, *Luc.* 23 : 41. *Rom.* 3 : 26. 1 *Theſ.* 2 : 10.

ܟܐܢܘ *f.* Juſtitia, rectitudo, æquitas, juſtificatio. Juſtitia, *Rom.* 4 : 5. 9. 11. 22. 23. Juſtificatio, *cap.* 5 : 16.

Emph.

Emph. ܟܐܢܘܬܐ Idem. Juſtitia, *Matt.* 3 : 15. 5:6. 10. 21 : 32. Rectitudo, *Luc.* 1 : 75. Juſtitia, *Act.* 10: 35. 17: 31. 28: 4. *Rom.* 3: 8. 4: 13. 5: 17. 18. 21. 6: 16. 18. 19. 20. Juſtificatio, *cap.* 8: 4. Juſtitia, *v.* 10. 9: 30, *ter.* 31, *bis.* 10: 3. 4. 5. 6. *Col.* 4: 1. 1 *Tim.* 3: 16. Rectitudo, *cap.* 4: 7. 8. Æquitas, *cap.* 6: 11. Juſtitia, 2 *Tim.* 2: 22. 3: 16. 4: 8. *Tit.* 2: 12. *Hebr.* 1: 9. 2: 2. 5: 13. 7: 2. 11: 7. 33. 1 *Petr.* 2: 23. 3: 14. 2 *Petr.* 2: 5.

Cum aff. ܟܐܢܘܬܗ juſtitia ſua, *Rom.* 3: 26. *Affixum hoc* πλεονάζει *in ſequentibus*, rectitudo ejus *m.* *Luc.* 1 : 6. Juſtitia ejus, *Rom.* 1 : 17. 3 : 5. 21. 22. 10: 3, *bis.*

ܟܐܢܘܬܗ Juſtitia ejus *f.* *Rom.* 4: 11, & *hîc affixum abundat.* ܟܐܢܘܬܟܘܢ Juſtitia veſtra, *Matth.* 5: 20.

ܟܘܣܣܐ *m. emph.* Reprehenſio, redargutio, increpatio, 2 *Tim.* 3: 16, & *juxta Peculium Syrum Maſii hæc vox mendosè ſcripta eſt* 1 *Cor.* 6: 5 *in vulgatis libris Viennæ.*

ܟܘܢܝܩܣ *m.* Χοῖνιξ Chœnix, *menſuræ nomen*, *ſextarios duos*, *ſeu cotylas quatuor continentis.* *Apoc.* 6: 6. *Plur.* ܟܘܢܝ̈ܩܐ Chœnices, *ibidem*: *vide var. Lect.*

• כַּס כוס *Chald.* Arguit, reprehendit. *Idem quod* כסס *in Aphel.*

ܟܣܐ *m. emph.* Calix, poculum, *Gr.* σχὺς ſcyphus. *Hebr.* כּוֹס, *Chald.* כַּס, *emph.* כַּסָּא, *Arab.* كَاسٌ כַּאסְן. *Mat.* 10: 42. 20: 22. 23: 25. 26. 26: 27. 39. 42. 9: 41. 10: 38. 39. 14: 23. 36. *Luc.* 11 : 39. 22 : 17. 20. 42. *Joh.* 18: 11. 1 *Cor.* 10: 16. 21, *bis.* 11 : 25, *bis.* 26. 28. *Apoc.* 16: 19. 17: 4. 18: 6. ܟܣܗ poculum ejus, 1 *Cor.* 11: 27. ܟܣܝ poculum meum, *Mat.* 20: 23. *Plur. emph.* ܟܣ̈ܐ pocula, *Mar.* 7: 4. 8.

ܟܝܣܐ *m. emph.* Loculus, marſupium, crumena; ciſta, ciſtula. *Hebr.* כִּיס, [*Aben Eſra deducit à* כָּסַס numeravit, ſupputavit; *quod inde ſemper depromantur numeranda & exſolvenda*] *Chald.* כִּיס, *emph.* כִּיסָא, *Arab.* كِيسٌ, *Gr.* κίστη, κίσις, κιςὶς ἴδος, *Teut.* Kiſte/ *Belg.* Kiſt. Crumena, *Luc.* 22 : 36. *Plur.* ܟܝܣܝܢ, *emph.* ܟܝ̈ܣܐ crumenæ, *Luc.* 10: 4. 12 : 33. 22 : 35. ܟܝ̈ܣܘܗܝ crumenæ ſuæ, *Mar.* 6 : 8. ܟܝ̈ܣܝܟܘܢ crumenæ veſtræ, *Mat.* 10 : 9.

ܟܦ ܟܦ *m.* Incurvavit, flexit. *Chald.* כוּף כַּף. *Idem quod Hebr.* כָּפַף, *Chald.* כְּפַף: & *convenit cum Syr.* ܟܦܦ.

ܟܐܦ ܟܐܦ *f.* Lapis, petra, ſaxum *curvum.* *Chald.* כֵּיף כַּף. ܟܐܦ lapis, *Matth.* 24: 2, *bis* *Mar.* 13: 2, *bis.* *Luc.* 19: 44, *bis.* 21 : 6, *bis.*

Emph.

Emph. ܟܐܦܐ ܟܝܦܐ Idem. *Chald.* כֵּיפָא. Lapis, *Matt.* 4: 6. 7: 9. Petra; *ibid.* Lapis, *cap.* 21: 42. 44. Petra, *cap.* 27: 60. Lapis, *v.* 66. *cap.* 28: 2. *Marc.* 12: 10. 15: 46. 16: 3. 4. *Luc.* 4: 3. 11. 11: 11. 20: 17. 18. 22: 41. 24: 2. *Joh.* 2: 6. 11: 38. 39. 41. 20: 1. *Act.* 4: 11. 17: 29. Petra, *Rom.* 9: 32. 33. 1 *Cor.* 10: 4, *bis.* Lapis, 2 *Cor.* 3: 3. 1 *Petr.* 2: 4. 6. Petra, *v.* 8. Lapis, *Apoc.* 4: 3. 9: 20. 18: 21. 21: 11, *bis.* 19. *Deinde conſtituit nomen proprium Simonis Petri Apoſtoli Domini noſtri Jeſu Chriſti Matth.* 4: 18. 10: 2. 14: 28. 29. 15: 15. 16: 18. 22. 23, *& alibi, ſexagies novies. Et tum, quia nomen viri eſt, maſculinè conſtruitur.*

Plur. ܟܐܦܝܢ, *emph.* ܟܐܦܐ lapides, *Mat.* 3: 9. 4: 3. Petræ, *cap.* 27: 51. Lapides, *Mar.* 5: 5. 13: 1. *Luc.* 3: 8. 19: 40. 21: 5. *Joh.* 8: 59. 10: 31. 19: 13. *Act.* 14: 5. 1 *Cor.* 3: 12. 2 *Cor.* 3: 7. 1 *Petr.* 2: 5. *Apoc.* 17: 4. 18: 12. 16.

* כור *Hebr.* Fodere, perfodere, excidere. *Paël* ܟܘܪ Pudefecit. *Ethpaal* ܐܬܟܘܪ Verecundatus eſt. & ܐܬܟܘܪ Æſtuavit, incaluit.

ܟܘܪܐ *m.* Κόρος, Corus, *menſuræ genus, aridorum maxima, continens* 30 *Sata, ſeu* 10 *Epha. Hebr. & Chald.* כּוֹר. *Nomen habet à figura foveæ, vas excifum & capax. Idem eſt quod* חֹמֶר, *ut probatur Ezech.* 45: 14; *hoc ſolùm in loco, &* 1 *Reg.* 5: 11 *liquidorum menſura eſt. Eſt ejuſdem capacitatis in liquidis, cujus eſt in aridis. Plur.* ܟܘܪܝܢ *Luc.* 16: 7.

ܟܘܪܐ *Gr.* Χώρᾳ, regio, *Mar.* 1: 5. *vide var. Lectiones. Syri pro Græcorum Omega ſolent uti Waw cum Dſekopho præcedente: vide de Dieu Animadv. Apoc.* 7: 1.

ܟܘܪܗܢܘܬܐ *a.* ܟܘܪܗܢܐ *m. emph.* Pudor, rubor, erubeſcentia, 1 *Cor.* 6: 5. *vide var. Lect.*

ܟܘܫ ܟܫ *m.* Collegit, accumulavit. *Prov.* 11: 29.

ܟܘܫ Æthiopia, *Act.* 8: 27, *ita dicta à* ܟܘܫ Chuſch *filio Cham, Geneſ.* 10: 6.

ܟܘܫܝܐ *m. emph.* Æthiops. *Plur. emph.* ܟܘܫܝܐ Æthiopes, *Act.* 8: 27.

ܟܘܬ ܐܟܘܬ ܗܟܘܬ Sicut, ſic, ſimiliter, itidem. *Chald.* כְּוַת. ܐܟܘܬ *invenitur cum affixis: vide ſupra pag.* 17. ܗܟܘܬ *ſine iis: vide Matth.* 21: 30. 36, *& ſupra pag* 131.

* כחד *Piël Hebr.* כִּחֵד Celavit, abſcondit. *Ethpaal* ܐܬܟܚܕ Abſconditus fuit præ pudore, reveritus fuit, pudore affectus fuit, puduit, formidavit. *Partic.* ܡܬܟܚܕ *m.* reverens, *Luc.* 18: 2. 4. *Futur.* ܢܬܟܚܕܘܢ *m.* reverebuntur, *cap.* 20: 13.

ܟܚܠ Fucavit, ſtibio pinxit, tinxit, intinxit, aſperſit.

Hebr.

Hebr. כָּחַל, *Chald.* כְּחַל, *Arab.* كَحَلَ Illevit, linivit collyrio, *pec.* ſtibio *oculos ſuos*, pinxit *collyrio eos. Æthiop.* ኮሐል : Cohol, *vocabulum cum re omnibus Orientalibus linguis commune eſt : vertitur* Stibium *ſive* Antimonium, fucus, collyrium : *(Hiſpani vocabulum hoc ex Arabico retinent,* Al-cohol *dicentes.)* ከሐለ : Cohole oculos tinxit *vel* ſanitatis *vel* fuci causâ. *vide Ludolfi Lex. Æth. Imperat.* ܟܚܘܠ *m.* tinge, *Apoc.* 3: 18.

ܟܝ Itaque, igitur, ergo: ne, an, num? ô *optantis*: nam *expletivum in quiſnam, quidnam?* & *interdum* abundat. Nam *in quiſnam? Matth.* 18 : 1. Igitur, *cap.* 19 : 25. 27. Nam *in quidnam? Luc.* 1 : 66. 4: 36. Nam *in quiſnam? cap.* 8: 25. 9: 46. An? *cap.* 18 : 8. O *optantis, cap.* 19: 42. Nam *in quiſnam? cap.* 22: 23. An? *cap.* 24: 18. Abundat, *Joh.* 7: 35. 8: 22. *Particulæ hujus uſus frequens eſt in interrogationibus, & valet id quod apud Græcos ἄρα.*

ܟܘܡܐ Καῦμα, æſtus, *Apoc.* 7: 16. *vide var. Lect.*

ܟܠܝܪܟܐ *emph.* Χιλίαρχος, Chiliarcha, Tribunus, *Act.* 21 : 31. 32. 33. 37. 22: 24. 26. 27. 28. 29. 23: 10. 15. 17. 18. 19. 22. 24: 7. *Plur. emph.* ܟܠܝܪܟܐ *Marc.* 6 : 21. *Joh.* 18 : 12.

ܟܡܘܢܐ *m. emph.* Tempeſtas, *Act.* 27 : 18. *Gr.* Χειμών.

ܟܝܪܛܘܢܝܐ *a.* ܟܝܪܘܛܘܢܝܐ *Gr.* Χειροτονία, impoſitio manuum, electio, ordinatio, conſecratio. *Occurrit hæc dictio non in ipſo textu ſacro, ſed in titulis quibus ille in certos dies diſtinctus eſt, & quidem Joh.* 10 & 1 *Petr.* 5; *utrobique in principio: vide Vien. Reg. Plant. in* 8° & 12°, *Pariſ. min. Pariſ. maj. & Angl. Edit.*

* كَوْكَبَ כּוֹכֵב *Arab.* Stellavit, micuit, fulſit.

ܟܘܟܒ *m.* Stella, ſydus. *Hebr.* כּוֹכָב, *Chald.* כּוֹכַב, *Samarit.* ࠊࠅࠊࠁ כוכב, *Arab.* كَوْكَبٌ כּוֹכְבָן, *Æthiop.* ኮከብ : כְּבַב. *Emph.* ܟܘܟܒܐ Stella, ſydus. *Chald.* כּוֹכְבָא. Stella, *Matt.* 2 : 7. 9. 10. Sydus, *Act.* 7: 43. Stella, 1 *Cor.* 15: 41, *bis. Apoc.* 2 : 28. 8: 10. 11. 9: 1. 22: 16.

ܟܘܟܒܗ ſtella ejus, *Mat.* 2 : 2. *Plur. emph.* ܟܘܟܒܐ ſtellæ, *Matt.* 24: 29. *Mar.* 13: 25. *Luc.* 21 : 25. *Act.* 27: 20. 1 *Cor.* 15 : 41. *Hebr.* 11 : 12. *Jud. v.* 13. *Apoc.* 1 : 16. 20, *bis.* 2: 1. 3: 1. 6: 13. 8: 12. 12: 1. 4.

* ככר ܟܟܪܐ *f. emph.* Talentum : *generatim eſt maſſa in latum diducta: quæ cum ex metallo conflatur,* Talentum *exiſtit; cum ex farina fingitur,* placenta *evadit. Talentum Hebræorum triplex fuit.* 1. *Commune, continens* 3000 *ſiculos communes.* 2. *Regium, valens* 3000 *ſiclos*

Regios. 3. *Sacrum, ponderans* 3000 *ſiclos ſacros: hoc cognoſcitur ex Exod.* 38: 25 *Talentum Syriacum fuit quadrans talenti communis Hebræorum. vide Waſer. de nummis antiquis Hebr. Chald. & Syr. lib.* 2. *cap.*17. *Hebr.* כִּכָּר, *Chald.* כִּכַּר, *emph.* כִּכְּרָא. *Mat.* 25: 24. 28. ܟܟܪܟ talentum tuum, *v.* 25. *Plur.* ܟܟܪ̈ܝܢ *Mat.* 18: 24. 25: 15. 16. 20, *bis.* 22. *Cum aff.* ܟܟܪ̈ܝܗܘܢ *ibid.*

ܟܟܪܢܝܐ *m. emph.* Talenti pondo, *Apoc.* 16: 21.

ܟܟܪܝܬܐ *f. emph.* Favus: *ita dictus, quia figuram placentæ aliquatenus imitatur, utpote latior quam craſſior. Exod.* 16: 31. 1 *Sam.* 14: 27. *Pſal.* 19: 11. *Prov.* 16: 24. *Eccleſiaſt.* 24: 23. *Luc.* 24: 42; *vide hic var. Lect. & Lud. de Dieu Commentarium: vide & Nicol. Full. miſcel. lib.* 6. *cap.* 16. *& in hoc Lexico ſupra pag.* 258.

Plur. emph. ܟܟܪ̈ܝܬܐ favi, *Cant.* 5: 16.

ܟܠܐ *m.* Cohibuit, prohibuit, vetuit, interdixit, detinuit, coërcuit, compeſcuit. *Hebr.* כָּלָא, *Chald.* כְּלָא. Prohibuit, *Act.* 27: 43. ܟܠܬ *f.* prohibuit, *cap.* 16: 6. Compeſcuit, 2 *Petr.* 2: 16. ܟܠܘ *m.* cohibuerunt, *Act.* 14: 17. ܟܠܐܘܗܝ prohibuerunt eum, *cap.* 19: 30. ܟܠܝܬܘܢ *m.* prohibuiſtis, *Luc.* 11: 52. ܟܠܝܢܝܗܝ *c.* prohibuimus eum, *Mar.* 9: 38. *Luc.* 9: 49.

Benoni ܟܠܐ *m.* prohibens, *Matt.* 3: 14. *Luc.* 23: 2. Prohibere, *Act.* 10: 47; *eſt hic participium pro infinitivo: vide de Dieu Gram. Harm. pag.* 416. Prohibens, 3 *Joh. v.* 10.

Plur. maſc. ܟܠܝܢ prohibentes, 1 *Theſ.* 2: 16. 1 *Tim.* 4: 3.

Futur. ܬܟܠܐ *m.* prohibeas, *Luc.* 6: 29. ܬܟܠܝܘܗܝ prohibeas eum, *Matth.* 5: 42. ܐܟܠܐ *c.* prohiberem, *Act.* 11: 17. ܬܟܠܘܢ *m.* prohibeatis, *Mat.* 19: 14. *Mar.* 10: 14. *Luc.* 9: 50. 18: 16. 1 *Cor.* 14: 39.

ܬܟܠܘܢܝܗܝ prohibeatis eum, *Mar.* 9: 39.

Ethpeel ܐܬܟܠܝ *m.* Cohibitus, prohibitus, detentus eſt. ܐܬܟܠܝܬ *c.* prohibitus ſum, *Rom.* 1: 13.

ܟܠܝܢ *m.* Prohibitio, interdictum, obſtaculum, *Act.* 28: 31.

ܟܠܝܬܐ *f. emph.* Idem, *Act.* 8: 36. *Eſt nomen formæ Benoni Peal.*

ܟܠܒ *m.* Rabidus fuit, 1 *Sam.* 25: 3; *ubi tamen reſpondet Hebr.* כָּלִבִּי Calebita. *Arab.* كلب Rabioſus fuit *canis*, rabie canina correptus fuit *homo.* ܟܠܒܐ

ܟܠܒܐ *m. emph.* Canis. *Hebr.* כֶּלֶב, *Chald.* כְּלַב, *emph.* כַּלְבָּא, *Arab.* كَلْبٌ כַּלְבּן, *Æthiop.* ከልብ፡ כלב. 2 *Petr.* 2 : 22. *Plur. emph.* ܟܠ̈ܒܐ canes, *Matt.* 7 : 6. 15 : 26. 27. *Mar.* 7 : 27. 28. *Luc.* 16 : 21. *Phil.* 3 : 2. *Apoc.* 22 : 15.

* כָּלָה *Hebr.* Conſumptus eſt, totus, ex toto conſummatus eſt; defecit, ceſſavit omnino.

ܟܘܠܝܬܐ *f. emph.* Ren. *Plur.* ܟܘ̈ܠܝܢ, *emph.* ܟܘ̈ܠܝܬܐ renes, [*ſedes principii & conſummationis affectuum*] *Apoc.* 2 : 23. *Hebr.* כְּלָיוֹת, *Chald.* כַּלְיָן ,כָּלְיָן ,כּוּלְיָן ,כּוּלְיָן, *emph.* כּוּלְיָתָא.

ܟܠܩܕܘܢ, *Gr.* Χαλκηδὼν Chalcedonius, *lapis pretioſus*, *Apoc.* 21 : 19; *vide var. Lect.*

* כָּלַל *Hebr.* Conſummavit, perfecit, abſolvit. *Pecul. de pulchritudine & ornatu dicitur.* *Chald* כְּלַל כְּלַל, *Samarit.* ࠊࠋࠋ כלל, *Æth.* ከለለ፡ כלל coronavit, ornavit, *Cant.* 3 : 11. *Paël* ܟܠܠ *m.* coronavit, *Eſa.* 23 : 8. *Ethpaal* ܐܬܟܠܠ *m.* Coronatus eſt, coronavit ſe. *Partic.* ܡܬܟܠܠ *m.* coronatur, 2 *Tim.* 2 : 5.

ܟܠܝܠܐ *m. emph.* Corona. *Chald.* כְּלִיל, *emph.* כְּלִילָא. *Mat.* 27 : 29. *Mar.* 15 : 17. *Joh.* 19 : 2. 5. 1 *Cor.* 9 : 25. 1 *Theſ.* 2 : 19. 2 *Tim.* 4 : 8. *Jacob.* 1 : 12. 1 *Petr.* 5 : 4. *Apoc.* 2 : 10. 3 : 11. 6 : 2. 9 : 7. 12 : 1. 14 : 14.

Cum aff. ܟܠܝܠܝ corona mea, *Phil.* 4 : 1. *Plur. emph.* ܟܠܝ̈ܠܐ coronæ, *Act.* 14 : 12. *Apoc.* 4 : 4. 10.

ܟܠܬܐ *f. emph.* Sponſa, *reſpectu ſponſi* : nurus, *reſpectu ſoceri aut ſocrus.* *Hebr.* כַּלָּה, *Chald.* כַּלָּא, *emph.* כַּלְּתָא. *juxta R. D. Kimchi in lib. Radic. à perfecto ornatu ſic dicta.* Nurus, *Matt.* 10 : 35. Sponſa, *cap.* 25 : 1. *Joh.* 3 : 29. *Apoc.* 18 : 23. 21 : 2. 9. 22 : 17.

ܟܠܬܗ nurus ſua, *Luc.* 12 : 53. *Plur. emph.* ܟܠ̈ܬܐ ſponſi, nuri. *Secunda radicis in plurali expreſſa occultatur* : *vide Gram. Harm. de Dieu pag.* 121.

ܟܠ *m.* Univerſitas, *vel barbarè* omneitas: *redditur autem adjectivè*, Omnis, omne, omnes, omnia, totus, univerſus; *& quando cum adverbio negandi conſtruitur*, Ullus, a, um, quicquam. *Hebr.* כֹּל, *Chald.* כָּל ,כֹּל, *Arab.* كُلٌّ. Omnis, *Mat.* 3 : 10. 10 : 38. Omne, *cap.* 13 : 44. Omnis, *Joh.* 5 : 4. Quicquam, *Act.* 10 : 14. Omnia, *cap.* 13 : 39. Ulla

caro, 1 *Cor.* 1: 29. *Gal.* 2: 16. Ullus *ſermo*, *Eph.* 4: 29. Ullum *viride*, *Apoc.* 9: 4. Ulla *arbor*, *ibid.* Ullum *pollutum*, *cap.* 21: 27. Ullum *deciduum*, *cap.* 22: 3.

ܟܠ ܐܡܬܝ ܕ Quotieſcunque, 1 *Cor.* 11: 25. 26. *vide & ſupra pag.* 31.

ܟܠܢܫ & ܟܠ ܐܢܫ Unuſquiſque, quicunque, quiſquis. *Matt.* 10: 22. 32. 12: 50. 19: 11; *vide ſupra pag.* 35.

ܟܠܒܪܢܫ *vel* ܟܠ ܒܪܢܫ omnis homo. *Rom.* 3: 4, *vide & pag. modò citatâ.*

ܟܠܙܒܢ & ܟܠ ܙܒܢ omni tempore, ſemper. *Rom.* 11: 10. 2 *Cor.* 2: 14. 2 *Theſ.* 3: 16. *vide ſupra pag.* 140.

ܟܠܡܢ & ܟܠ ܡܢ Unuſquiſque, quicunque, quiſquis, *Hebr.* 11: 21. *Apoc.* 2: 23; *vide ſupra pag.* 161. ܟܠ ܡܢ ܡܢ Idem, *ibid.* ܟܠ ܚܕܐ ܚܕܐ unaquæque, *Apoc.* 4: 8.

ܟܠܝܘܡ & ܟܠ ܝܘܡ omnis dies: & *additâ vel ſubintellectâ præpoſitione* ܒ, Omni tempore, ſemper: *vide ſupra in* ܝܘܡ dies.

ܟܠܡܐ ܕ & ܟܠ ܡܐ ܕ Omne id quod, omnia ea quæ. *Matt.* 18: 18. *Act.* 3: 22. 4: 23. 28. 21: 19.

ܟܠܡܕܡ & ܟܠ ܡܕܡ *ad verb.* Omne quid, omne aliquod, omne ullum, *i. e.*, quodcunque, omne, omnia. *Joh.* 4: 25. 13: 3. 14: 26. 1 *Cor.* 2: 15. 2 *Petr.* 3: 4. 3 *Joh. v.* 2.

ܟܠܡܕܡ ܕ & ܟܠ ܡܕܡ ܕ *ad verb.* Omne quid quod, *i. e.* Omne id quod. *Matt.* 8: 33. 14: 7. *Joh.* 4: 29. 5: 20. 10: 41. 11: 46. 16: 23.

ܟܠܡܢ ܕ & ܟܠ ܡܢ ܕ *ad lit.* Omnis quis qui, *i. e.* Omnis is qui. *Joh.* 3: 16. 8: 34. 18: 37. 19: 12. *Act.* 10: 43. 2 *Cor.* 5: 17. *Gal.* 3: 10. 13. 1 *Petr.* 4: 1. 11, *bis.* 1 *Joh.* 5: 1.

ܒܟܠܙܒܢ & ܒܟܠ ܙܒܢ Omni tempore, ſemper. *Joh.* 7: 6. *Eph.* 6: 18. 1 *Theſ.* 3: 6. *vide infra* ܙܒܢ

Emph. ܟܠܐ *Eccl.* 6: 6. *Chald.* כְּלָּא, כֹּלָּא *Dan.* 2: 40. *Hebr.* הַכֹּל.

Cum aff. ܟܠܗ *ad lit.* univerſitas ejus *m.* *Act.* 15: 12. 20: 18.

ܟܠ ܟܠܗ prorſus, penitus, omnino. *Act.* 27: 20. 1 *Joh.* 1: 5.

ܟܠܗ univerſitas ejus *f.* *Mat.* 2: 3. 3: 5. 15. *Mar.* 1: 39. *Act.* 13: 44.

ܟܠܗܘܢ univerſitas eorum, *Mat.* 2: 4. 16, *bis.* 13: 41.

ܟܠܗܝܢ univerſitas earum, *Matth.* 1: 17. 10: 23. *Marc.* 1: 39.

Quando affixum huic nomini junctum eſt, tum ſæpiſſimè eſt nomen regens; & in hac ſtructura πλεονάζει *affixum, quod in genere & numero convenit cum nomine recto: ut in modò allatis locis videri poteſt.*

ܟܠܡܕܡ

ܟܠܡܘܣ Χλαμὺς, Chlamys, veſtitus regius, Mat. 27: 28. 31.

* כלש Paël ܟܰܠܶܫ m. Dealbavit. *Aphel* ܐܰܟܠܶܫ m. Idem. *Partic. præt. plur. maſc. emph.* ܡܟܰܠܫܶܐ dealbata *ſepulchra*, *Mat.* 23: 27.

ܟܡܐ *vide ſis in* ܟܡ.

ܟܡܰܢ m. Latuit, inſidiatus eſt, abſcondit, recondidit. *Chald.* כְּמַן, *Samarit.* ࠊࠌࠍ כמן, *Arab.* كَمَنَ כָּמַן.

ܟܡܳܢܳܐ m. *emph.* Inſidiæ, *Act.* 23: 21. 25: 3. *Chald.* כְּמָנָא. *Plur. emph.* ܟܡܳܢܶܐ *Judic.* 9: 25.

ܟܡܽܘܢܳܐ m. *emph.* Cyminum, κύμινον. *Hebr.* כַּמֹּן, *Chald.* כַּמּוֹנָא, *Arab.* كَمُّون כַּמּוּן: *in omnibus tam orientalibus quam occidentalibus linguis ferè idem ſonat. Caſtellus.* *Jeſai.* 28: 27. *Matt.* 23: 23.

ܟܡܰܪ m. Triſtatus, contriſtatus, mœſtus fuit *vel* factus eſt. *Ethpeel* ܐܶܬܟܡܰܪ Idem. Mœſtus factus eſt, *Marc.* 10: 22. *Infinit.* ܠܡܶܬܟܡܳܪܽܘ Mœſtus eſſe, *Mat.* 26: 37. *Mar.* 14: 33.

ܟܡܺܝܪܳܐ m. *emph.* Mœſtus, triſtis, tetricus, moroſus, atratus. *Nomen formæ Peïl Peal.* *Plur. maſc.* ܟܡܺܝܪܺܝܢ triſtes, *Luc.* 24: 17. *Emph.* ܟܡܺܝܪܶܐ atrati, *Mat.* 6: 16.

ܟܡܺܝܪܳܐܝܬ Mœſtè, triſtè, *Matt.* 16: 3.

ܟܽܘܡܪܳܐ *a.* ܟܘܽܡܪܳܐ m. *emph.* Sacerdos, Pontifex, ſacrificulus gentilis & idololatricus. *Chald.* כּוּמַר, *emph.* כּוּמְרָא. Sacrificulus idololatricus, *Act.* 14: 13. Sacerdos ἱερεὺς, *Hebr.* 5: 6. Pontifex Ἀρχιερεὺς, *cap.* 6: 20. Sacerdos ἱερεὺς, *cap.* 7: 1. 11. 15. 17. 21. Pontifex Ἀρχιερεὺς, *v.* 26. Sacerdos ἱερεὺς, *cap.* 8: 4. 10: 21.

Fœm. emph. ܟܽܘܡܰܪܬܳܐ Æditua, νεωκόρος, cultrix ſacrorum, *Act.* 19: 35.

Plur. maſc. emph. ܟܽܘܡܪ̈ܶܐ Sacerdotes, Pontifices. *Hebræorum plurale* כְּמָרִים *tantùm uſitatum eſt de atratis idololatricis ſacrificulis.* Sacerdotes ἱερεῖς, *Hebr.* 7: 21. 23. Pontifices Ἀρχιερεῖς, *v.* 28. Sacerdotes ἱερεῖς, *cap.* 8: 4. 9: 6.

ܪܺܫ ܟܽܘܡܪ̈ܶܐ & ܪܰܒܟܽܘܡܪ̈ܶܐ Princeps Sacerdotum Ἀρχιερεὺς, *Hebr.* 2: 17. 3: 1.

3: 1. 4: 14. 15. 5: 1. 5. 10. 7: 27; *in hoc verſu Græcus textus habet* Ἀρχιερεῖς. *cap.* 8: 1. 3. 9: 7. 11. 25. 10: 11; *in M. S. quodam hoc in verſu eſt* Ἀρχιερεύς. *Cap.* 13: 11.

ܟܘܡܪܘܬܐ *f. emph.* Pontificatus, ſacerdotium, *Hebr.* 7: 5. 11. 12. 14. ܟܘܡܪܘܬܗ ſacerdotium ejus, *Hebr.* 7: 3. 24.

ܟܢܐ כנא *Arab.* كنى Appellavit *ſeu* ſignavit nomine per ſe ſignificante *rem* aliam. *Golius.* *Paël* ܟܢܝ *m.* Cognominavit, *vel* titulo appellavit, titulis uſus eſt *honoris vel adulationis causâ.* *Hebr.* כִּנָּה, *Chald.* כַּנִּי. *Ethpaal* ܐܬܟܢܝ *m.* Appellatus, nuncupatus, cognominatus eſt, *Mat.* 10: 3. *Act.* 4: 36. 12: 12. 25. 15: 37. *Partic.* ܡܬܟܢܝܐ *m.* cognominatus, *cap.* 12: 1.

ܟܢܬܐ *m. emph.* Conſervus, ſocius, ſodalis. Conſervus, *Apoc.* 19: 10. 22: 9. ܟܢܬܗ conſervus ejus, *Mat.* 18: 29. ܟܢܬܟ conſervus tuus, *v.* 33. ܟܢܬܢ conſervus noſter, *Col.* 1: 7. 4: 7. *Plur. emph.* ܟܢܘܬܐ. ܟܢܘܬܗ conſervi ſui, *Mat.* 18: 28. 24: 49. ܟܢܘܬܗܘܢ conſervi eorum, *Matth.* 18: 31. *Apoc.* 6: 11.

ࠊࠍࠏ כנע *Samarit.* Humiliavit; humiliatus eſt. كنع כנע *Arab.* Lenis, demiſſus, humilis fuit. *Niphal* נִכְנַע Depreſſit, humiliavit ſe.

ܟܢܥܢ Canaan, *nepos Noæ ex Cham*, *Gen.* 9: 18. 10: 6. *item* Terra Canaan, *quam ipſe cum poſteris ſuis occupavit.* Canaan, *Act.* 7: 11. *Hebr.* כְּנַעַן.

ܟܢܥܢܝܐ *m. emph.* Cananæus. *Hebr.* כְּנַעֲנִי. *Fœm. emph.* ܟܢܥܢܝܬܐ Cananæa, *Matt.* 15: 22.

* כנף *Chald.* Collegit, congregavit, *Pſal.* 41: 7. *Niphal* נִכְנַף Extremæ oræ incluſus, *aut* alatus fuit, avolavit, alis aufugit, *Jeſ.* 30: 20.

ܟܢܦ *c. ſed f. ſæpius*, Ala, ora, extremitas, fimbria, pinnaculum, ſinus *maris.* Hebr. כָּנָף, *Chald.* כְּנַף. *Emph.* ܟܢܦܐ *a.* ܟܢܦܐ. Pinnaculum *Templi*, *Matth.* 4: 5. Extremitas, fimbria *veſtimenti*, *cap.* 14: 36. *Marc.* 6: 56; *vide hic var. Lect.* Pinnaculum *Templi*, *Luc.* 4: 9. Fimbria *veſtimenti*, *cap.* 8: 44. Sinus *maris*, *Act.* 27: 39.

ܟܢܫ

ܟܢܰܫ *m.* Collegit, congregavit, congeſſit, coëgit, coacervavit, comportavit, faſciis funeralibus collegit, conſtrinxit: congregatus eſt, convenit. *Hebr.* כָּנַס, *Chald.* כְּנַשׁ & כְּנַס, *Æth.* ከነሰ:: Congregaretur, conveniret, *Luc.* 5: 1. Congregata eſſet *turba*, *cap.* 8: 4. Convenit, *Act.* 2: 6.

ܟܢܶܫܬ݂ *f.* congregata eſt, *Act.* 13: 44. ܟܢܰܫܘ *m.* congregaverunt, *Matth.* 27: 27; *ita hic eſt in Vienn. Tremel. Reg. Hutt. & Troſt. editionibus; ſed in Pariſ. maj. Angl. Gutb. & noſtrâ edit. legitur ex conjug. Paël.* Congregati ſunt, *Marc.* 7: 1. *Act.* 14: 19. Congregaſſent, *v.* 26. Congregaverunt, *cap.* 15: 30. Congregati ſunt, *cap.* 28: 23.

ܟܢܰܫܘܗ̄ܝ faſciis funeralibus collegerunt, conſtrinxerunt eum, *Act.* 5: 6. ܟܢܰ̈ܫܝ *f.* congregatæ ſunt, convenerunt, *Act.* 9: 39.

Benoni ܟܳܢܶܫ *m.* Cogens, colligens, *Matt.* 3: 12. Congregans, *Matt.* 12: 30. Colligens, *Luc.* 3: 17. Congregans, *cap.* 11: 23. Colligens, *Joh.* 4: 36. Conveniens, *cap.* 18: 2. Congregans, *Act.* 24: 12.

Fœm. ܟܳܢܫܳܐ congregans, *Mat.* 23: 37. *Luc.* 13: 34.

Peïl ܕܟܢܝܫ ܗ̄ܘܳܐ ܡ̈ܝܳܐ *m.* qui congregaverat aquas, *i. e.*, hydropicus, *Luc.* 14: 2; *Peïl ſæpe activè ſumitur, & idem ſignificat quod Benoni: vide de Dieu Gram. Harm. pag.* 181. *Paſſivè*, collectus, *legitur in titulo Actor. Apoſt.*

Fœm. ܟܢܝܫܳܐ congregata, *Mar.* 1: 33. *Plur. maſc.* ܟܢܝܫܝܢ congregati, *Matth.* 18: 20. 22: 41. 27: 17. Congregatæ *turbæ*, *Luc.* 23: 48. Congregati, *cap.* 24: 33. *Act.* 1: 6. 2: 1. 4: 31. 5: 12. 12: 12. 20: 8. *Apoc.* 19: 19.

ܟܢܝܫܝܢܰܢ congregati nos, *Act.* 15: 25. Congregati eſſemus, *cap.* 20: 7; *conſtat ex* ܟܢܝܫܝܢ congregati & ܚܢܰܢ nos *vel* eſſemus. *Plur. Fœm.* ܟܢܝ̈ܫܳܢ congregatæ, *cap.* 16: 13.

Ethpeel ܐܶܬ݂ܟܢܶܫ *m.* Collectus, congregatus eſt. *Gen.* 25: 17.

Paël ܟܰܢܶܫ *m.* Collegit, congregavit, congeſſit, coëgit, coacervavit, comportavit; excepit hoſpitio. Congregavit, *Matt.* 2: 4. Collegit, *Luc.* 15: 13. Congregavit, *Act.* 19: 25.

ܟܰܢܫܰܬ݂ *f.* coëgit, *Mat.* 13: 47. ܟܰܢܶܫܘ *m.* Congregaverunt, *Matt.* 22: 10. Collegerunt, *Joh.* 6: 13. Comportarunt, *Act.* 19: 19. Congregaverunt, *Apoc.* 16: 16.

ܟܰܢܶܫܬ݁ܘܢ *m.* coacervaviſtis, *Jacob.* 5: 3. ܟܰܢܶܫܬ݁ܘܢܳܢܝ excepiſtis me, *Mat.* 25: 35. 43. ܟܰܢܶܫܢܳܟ݂ excepimus te, *v.* 38.

Partic. præſ. ܡܟܰܢܶܫ *m.* colligens, *Matt.* 25: 24. 26.

Partic. præt. pl. m. ܡܟܰܢܫܝܢ congregati, *Act.* 10: 24.

Infinit.

Infinit. ܠܡܟܢܫܘ ad congregandum, *Apoc.* 16: 14. 20: 8.
Imperat. ܟܢܘܫܘ *m.* colligite, *Matth.* 13: 30. *Joh.* 6: 12.
Futur. ܢܟܢܫ *m.* congregabit, *Mar.* 13: 27. *Joh.* 11: 52. ܕܐܟܢܫ *c.* ut congregarem, *Mat.* 23: 37. ܢܟܢܫܘܢ *m.* congregabunt, *cap.* 24: 31.
Ethpaal ܐܬܟܢܫ *m.* Congregatus, collectus eſt. Congregata eſt *turba*, *Act.* 16: 22. ܐܬܟܢܫܘ *m.* congregati ſunt. *Mat.* 13: 2. 22: 34 26: 3. 27: 62. 28: 12. *Mar.* 2: 2. 3: 20. 4: 1. 5: 21. 6: 30. 14: 53. *Luc.* 12: 1. 22: 66. *Joh.* 11: 47. *Act.* 4: 5. 27. 12: 20. 15: 6. 18: 12. 19: 32. 21: 30. 23: 12. 28: 17.
ܐܬܟܢܫܢ *c.* congregati ſumus, *Act.* 19: 40; *hic ultima radicis præter morem vocalem pethocho adſcriptam habet: vide de Dieu Gram. Harm. pag.* 195.
Partic. ܡܬܟܢܫ *m.* congregaretur, *Mar.* 9: 25. *Luc.* 5: 15. Colligitur, 1 *Cor.* 16: 1. *Plur. maſc.* ܡܬܟܢܫܝܢ congregatæ *turbæ*, *Luc.* 11: 29. Congregantur, *Joh.* 18: 20. Congregamini, 1 *Cor.* 11: 18. 20. 33. Congregemini, *v.* 34.
Imperat. ܐܬܟܢܫܘ *m.* congregamini, *Apoc.* 19: 17. *Futur.* ܬܬܟܢܫ *f.* congregetur. ܢܬܟܢܫܘܢ *m.* congregabuntur, *Mat.* 24: 28. 25: 32. *Luc.* 17: 37. ܬܬܟܢܫܘܢ *m.* congregemini, 1 *Cor.* 5: 4.

ܟܢܫܐ *m. emph.* Congregatio, cœtus, conſeſſus, ſynedrium, concilium, concio, ſynagoga, populus, turba, *Matt.* 15: 32. 33. 17: 14. 20: 29. 21: 26. 46. 26: 47. Congregatio, *cap.* 27: 24. Turba, *Mar.* 2: 4. 13. 3: 32. 5: 24. 7: 14. 17. 33. 8: 1. 2. 9: 14. 15. 10: 46. 12: 37. Congregatio, *Luc.* 1: 10. Turba, *cap.* 5: 1. 3. 29. 6: 17. 7: 9. 11. 12. 8: 4. 37. 40. 9: 37. 38. 11: 27. 12: 13. 18: 36. 19: 3. 37. 22: 6. 47. 23: 4. 18. *Joh.* 5: 13. 6: 5. 22. 24. 7: 12. 20. 11: 42. 12: 12. 17. 29. *Act.* 1: 15. Cœtus, *cap.* 4: 27. Congregatio, *v.* 32. Turba, *cap.* 5: 14. Congregatio, *cap.* 6: 2. Synedrium, *v.* 12. Turba, *cap.* 12: 21. 13: 45. 14: 4. Congregatio, *v.* 10. Cœtus, *cap.* 15: 12. Congregatio, *cap.* 19: 40. Turba, *cap.* 21: 31. Cœtus, *cap.* 22: 30. Conſeſſus, *cap.* 23: 6. Congregatio, *cap.* 24: 12. Turba, *v.* 18. Cœtus, 1 *Petr.* 2: 9. *Apoc.* 7: 9. 19: 1. 6.
ܟܢܫܗܘܢ congregatio eorum, *Luc.* 23: 1. Concilium ſuum, *Act.* 4: 15. Cœtus eorum, *cap.* 23: 1. Synedrium eorum, *v.* 20. Conſeſſus eorum, *v.* 29. 24: 20.
Plur. emph. ܟܢܫ̈ܐ Turbæ, *Matt.* 4: 25. 5: 1. 7: 28. 8: 1. 18. 9: 8. 23. 25. 36. 11: 7. 12: 15. 23. 46. 13: 2. 34. 36. 14: 13. 14. 15. 19. 22. 23. 15: 10. 30. 31. 35. 36. 19: 2. 20: 31. 21: 8. 9. 11. 22: 33. 23: 1. 26: 55. 27: 20. *Marc.* 3: 8. 9. 20. 4: 1. 5: 21. 31. 6: 34. 45. 8: 6. 34. 10: 1. 12: 41. 15: 11. 15. *Luc.* 3: 7. 10. 4: 42. 7: 24. 8: 45. 9: 11. 12. 16. 18. 11: 14. 29. 12: 1. 14: 25. 19: 39. 23: 48. *Joh.* 6: 2. 7: 32. 40. 43. 12: 9. 18. 34. *Act.* 18: 28. 19: 32. Cœtus, *Hebr.* 12: 22. Turbæ, *Apoc.* 17: 15.

ܟܢܘܫܝܐ

ܟܢܘܫܝܐ *m. emph.* Idem. Concio, *Act.* 19 : 39. Synagoga, *cap.* 26 : 11. Cœtus, 2 *Cor.* 11 : 28. Congregatio, 2 *Theſ.* 2 : 1. ܟܢܘܫܝܢ congregatio noſtra, *Hebr.* 10 : 25. *Plur.* ܟܢܘܫܝܢ ſynagogæ, *Act.* 22 : 19.

ܟܢܘܫܬܐ *f. emph.* Idem. Synedrium, *Mat.* 5 : 22. Congregatio, ſynedrium, *cap.* 26 : 59. Synagoga, *Mar.* 1 : 29. 3 : 1. 5 : 22. 35. 36. 38. 6 : 2. Congregatio, *cap.* 15 : 1. Synagoga, *Luc.* 4 : 16. 20. 28. 33. 38. 6 : 6. 8. 7 : 5. 8 : 41. 49. 13 : 14. *Joh.* 6 : 59. 9 : 22. 12 : 42. 18 : 20. *Act.* 6 : 9. Congregatio, ſynedrium, *v.* 15. 7 : 38. Synagoga, *cap.* 13 : 14. 15. Congregatio, *v.* 43. Synagoga, *cap.* 14 : 1. 17 : 1. 17. 18 : 4. 7. 8. 17. 19. 26. 19 : 8. Synedrium, *cap.* 23 : 15. Synagoga, *Apoc.* 2 : 9. 3 : 9.
ܟܢܘܫܬܟܘܢ cœtus veſter, *Jacob.* 2 : 2. ܟܢܘܫܬܗܘܢ ſynagoga eorum, *Matth.* 12 : 9. *Marc.* 1 : 23. Congregatio eorum, *Luc.* 22 : 66. Synagoga eorum, *Actor.* 24 : 12.
Plur. emph. ܟܢܘܫܬܐ ſynagogæ, *Mat.* 6 : 2. 5. 23 : 6. *Marc.* 12 : 39. *Luc.* 4 : 44. 11 : 43. 12 : 11. 13 : 10. 20 : 46. 21 : 12. *Act.* 9 : 2. 20. 13 : 5. 15 : 21. 17 : 10.
ܟܢܘܫܬܟܘܢ ſynagogæ veſtræ, *Mat.* 23 : 34. ܟܢܘܫܬܗܘܢ ſynagogæ eorum *vel* ſuæ. *Matth.* 4 : 23. 9 : 35. 10 : 17. 13 : 54. *Marc.* 1 : 21. 39. *Luc.* 4 : 15. *Joh.* 16 : 2.

ܟܣܐ *m.* Abſcondit, texit, occuluit, celavit, operuit, amicivit, induit. *Hebr.* כָּסָה, *Arab.* كسا כסא. *Peïl* ܟܣܐ *m.* latens, *Mat.* 10 : 26. Occultum, *Luc.* 8 : 17. Opertum, *cap.* 12 : 2. Abſconditum *myſterium*, *Eph.* 3 : 9. *Emph. m.* ܟܣܝܐ, *& nominali formâ*, ܟܣܝܐ; *ut eſt oppoſitæ ſignificationis* ܓܠܐ, *emph.* ܓܠܝܐ, *& nominali formâ* ܓܠܝܐ: *vide ſupra pag.* 90. Occultum, *Mat.* 6 : 4, *bis.* 6, *bis.* 18, *bis.* Abſconditum, *Luc.* 11 : 33. Occultum, *Rom.* 2 : 29.
Plur. *maſc.* ܟܣܝܢ abſcondita *vita*, *Coloſ.* 3 : 3. *Plur. fœm.* ܟܣܝܢ reconditi *theſauri*, *Col.* 2 : 3. *Emph.* ܟܣܝܬܐ occulta, *Matt.* 13 : 35. *Rom.* 2 : 16. 1 *Cor.* 14 : 25. ܟܣܝܬܗ occulta ejus *m.* *Rom.* 1 : 20. 1 *Cor.* 4 : 5. ܟܣܝܬܗ occulta ejus *f.* 2 *Cor.* 4 : 2. *Affixa his in locis abundant.*
Paël ܟܣܝ Idem. ܟܣܝܬ *m.* abſconderis, *Matt.* 11 : 25. *Luc.* 10 : 21. ܟܣܝܘܗܝ *m.* amiciverunt eum, *Joh.* 19 : 2. ܟܣܝܬܘܢܝ *m.* operuiſtis me, *Matt.* 25 : 36. 43. *Partic. præt.* ܡܟܣܝ *m.* Abſconditum *myſterium*, *Rom.* 16 : 25. Tectum *caput*, 1 *Cor.* 11 : 4. Opertum *evangelium*, 2 *Cor.* 4 : 3. Abſconditum *myſterium*, *Col.* 1 : 26.
Fœm. ܡܟܣܝܐ abſconditum *verbum*, *Luc.* 9 : 45. 18 : 34.

Imperat. ܟܣܝܢܢ *f.* operite nos, *Luc.* 23 : 30. *Futur.* ܕܢܟܣܐ *m.* ut tegat, 1 *Cor.* 11 : 7.

Ethpaal ܐܬܟܣܝ *m.* Tectus, opertus, coopertus, abſconditus, occultatus, celatus, amictus fuit, M*at.*6 : 29. *Luc.* 12 : 27. Occultatus eſt, *Act.* 1 : 9. ܐܬܟܣܝܘ *m.* tecta ſunt *peccata*, *Rom.* 4 : 7. ܐܬܟܣܝ *f.* abſcondita ſunt, *Luc.* 19 : 42. P*artic. fœm.* ܡܬܟܣܝܐ tegitur, 1 *Cor.* 11 : 6. *Futur.* ܬܬܟܣܐ *f.* operiretur, M*at.* 8 : 24. Tegatur, 1 *Cor.* 11 : 6. ܢܬܟܣܐ *c.* cooperiemur, *Matth.* 6 : 31.

ܟܣܝܐܝܬ Abſconditè, clam, clanculum, *Joh.* 11 : 28; *Gr.* λάθρᾳ.

ܬܟܣܝܬܐ *f. emph.* Pallium, velamen, tegumentum, operimentum, indumentum, veſtimentum. Velamen, 1 *Cor.* 11 : 15. Tegumentum, 1 T*im.* 6 : 8. Operimentum, *Hebr.* 1 : 12.

ܬܟܣܝܬܟ pallium tuum, *Act.* 12 : 8.

* כסס *Chald.* & *Talm.* Maſticavit, comedit, arroſit: *item* Arguit, increpuit. *Ethpeel* ܐܬܟܣܣ *m.* Reprehenſus, argutus, redargutus, accuſatus eſt. P*artic.* ܗܘܐ ܡܬܟܣܣ *m.* redarguebatur, *Luc.* 3 : 19. *Futur.* ܢܬܟܣܣܘܢ *m.* arguantur, *Joh.* 3 : 20; *quod non nemo putavit eſſe futurum Ethpaal; ſed uſus verbi docet eſſe Ethpeel: forma enim illa pluralis utrique conjugationi eſt communis. De Dieu Gram. Harm. pag.* 255.

Aphel ܐܟܣ *m.* Arguit, redarguit, reprehendit, increpavit, admonuit; ſprevit. ܐܟܣܬܗ *c.* redargui eum, *Gal.* 2 : 11. P*artic. præſ.* ܡܟܣ *m.* arguens, J*oh.* 8 : 46. *Fuiſti*, *i. e.*, *eſto* increpans, increpa, T*it.* 1 : 13. *præteritum verbi ſubſtantivi, præſertim ſecunda ejus perſona, frequenter uſurpatur pro imperativo: vide ſupra pag.* 129. Arguens, *Apoc.* 3 : 19.

Infinit. ܠܡܟܣܘ arguere, *Tit.* 1 : 9. *Imperat.* ܐܟܣ *m.* argue, 2 *Tim.* 4 : 2. ܐܟܣܝܗܝ argue eum, M*at.* 18 : 15. *Futur.* ܢܟܣ *m.* arguat, *Jud.* v. 15; *expreſſo* ܝ *characteriſtico.* ܢܟܣܝܘܗܝ arguet eum, *Joh.* 16 : 8. *Act.* 25 : 16. *in priori loco affixum eſt pleonaſticum: vide Gram. Harm. de Dieu pag.* 414. *num.* 2.

ܡܟܣܢܐ *m. emph.* Arguens, reprehenſor, correptor, refellens, confutans. *Eſt nomen ex participio Aphel formatum.* F*œm. emph.* ܡܟܣܢܝܬܐ arguens, 2 P*etr.* 2 : 16; *vide hic not.* P*ocock.*

ܡܟܣܢܘܬܐ *f. emph.* Reprehenſio, confutatio, correptio, redargutio.

gutio. *Sed mitior & privatim magis quàm* ܟܘܣܦܐ. 2 *Reg.* 19 : 3. *Caſtellus.*

* כָּסַף *Hebr.* Deſideravit, appetiit ex toto animo.

ܟܣܦ *m.* Argentum, pecunia, *cujus deſiderio omnes tenentur. Hebr.* כֶּסֶף, *Chald.* כְּסַף. *Samarit.* כסף. ܟܣܦ ܪܫܐ argentum capitale, cenſus, tributum, *Matth.* 17: 24. 25. 22: 17. 19. *Marc.* 12: 14. *Luc.* 20: 22. 23: 2. *Act.* 5: 37. *Rom.* 13: 6. 7.

Emph. ܟܣܦܐ Matth. 25 : 18. 26 : 15. 27 : 3. 5. 6. 9. 28 : 12. 15. *Mar.* 14: 11. *Luc.* 9: 3. 16: 14. 19: 15. 22: 5. *Act.* 5: 2. 3. 7: 16. 8: 18. 19: 19. 20: 33. 22: 28. 1 *Tim.* 3: 3. 6: 10. *Hebr.* 13: 5. 1 *Petr.* 1: 18.

ܟܣܦܟ argentum tuum, *Act.* 8 : 20. ܟܣܦܝ argentum meum, *Matth.* 25: 27. *Luc.* 19: 23.

* כעק *Ethpaal* ܐܬܟܥܩ *m.* Volutatus eſt, volutavit ſe. P*artic.* ܡܬܟܥܩ ܗܘܐ volutabat ſe, M*ar.* 9 : 20. *vide & ſupra* ܟܥܩ.

ܟܦܢ *m.* Eſurivit, famelicus fuit. *Chald.* כְּפַן, *Sam.* כפן. *Matth.* 4: 2. 12: 3. 21: 18. *Mar.* 2: 25. 11: 12. *Luc.* 4: 2. 6: 3. *Act.* 10: 10. *Rom.* 12: 20.

ܟܦܢܬ *c.* eſurivi, M*att.* 25 : 35. 42. ܟܦܢܘ *m.* eſuriebant, M*att.* 12: 1.

Pr*o Benoni* ܟܦܢ *uſurpatur nomen participiale* ܟܦܢ eſuriens, M*att.* 25 : 37. 1 C*or.* 11 : 21. 34. *Emph.* ܟܦܢܐ eſuriens, M*atth.* 25 : 44. P*lur. maſc.* ܟܦܢܝܢ eſurientes, M*att.* 5 : 6. *Luc.* 6 : 21. *Emph.* ܟܦܢܐ eſurientes, *Luc.* 1 : 53. ܟܦܢܝܢܢ eſurimus, 1 C*or.* 4 : 11; *ex* ܟܦܢܝܢ eſurientes & ܚܢܢ nos *vel* ſumus *compoſitum. Hujuſmodi nomina participialia vide etiam ſupra in* ܟܐܒ, & *in* ܕܚܠ; & *infra in* ܫܠܝܐ, & ܒܪܝܟ. *Futur.* ܢܟܦܢ *m.* eſuriet, J*oh.* 6 : 35. ܢܟܦܢܘܢ *m.* eſurient, *Apoc.* 7 : 16. ܬܟܦܢܘܢ *m.* eſurietis, *Luc.* 6 : 25.

ܟܦܢ *m.* Fames. *Hebr.* כָּפָן, *Chald.* כְּפַן. *Emph.* ܟܦܢܐ, *Luc.* 4: 25. 15: 14. *Act.* 7: 11. 11: 28. *Rom.* 8: 35. 2 *Cor.* 11: 27. *Phil.* 4: 12. *Apoc.* 6: 8. 18: 8.

P*lur. emph.* ܟܦܢܐ M*at.* 24 : 7. M*ar.* 13 : 8. *Luc.* 21 : 11.

ܟܦܦ ܟܦ *m.* Curvavit, incurvavit, flexit, inclinavit: incurvavit, flexit ſe; incurvatus eſt. ܟܦܝ *f.* & inclinarunt, *Luc.* 24 : 5; *vide var. Lect. Benoni* ܟܦܐܢܐ *m.* flecto, *Eph.* 3 : 14;

3: 14; *ex* ܟܦܝ flectens & ܐܢܐ ego *vel* ſum *compoſitum*. *Peïl* ܟܦܝܦ *m.* incurvatum *tergum*, *Rom.* 11: 10. *Fœm.* ܟܦܝܦܬܐ incurvata, *Luc.* 13: 11. *Futur.* ܢܬܟܦܦ *f.* flectet ſe, *Rom.* 14: 11. *Phil.* 2: 10; *abſque jud paragogico.*

ܟܦܐ *m. emph.* *Apoc.* 14: 10; *Græcus textus hîc habet* ποτήριον poculum. *Idem hîc eſſe videtur, quod Belgicè dicitur,* een **Kop.** *A* cavitate. *Unde & Hebræis* כף Curvitas, curvatura, *Lat.* cavum, vola manus, pars manus cava, *vel* pedis, accerra, cochleare, vas concavum. *Niſi fortè hîc mendum ſit pro* ܟܣܐ, *quomodo deinceps in Apocalypſi ſemper vertit Syrus Interpres* τὸ ποτήριον. *Pariſ. & Angl. Edit. etiam hoc ipſo in loco pro* ܟܦܐ *habent* ܟܣܐ, *ut in var. Lectionibus obſervatum eſt.*

ܟܦܪ *m.* Negavit, abnegavit. *Chald.* כְּפַר, *Arab.* كفر כפר. *Matt.* 26: 70. 72. *Mar.* 14: 68. 70. *Luc.* 22: 57. *Joh.* 1: 20. 18: 25. 27. 1 *Tim.* 5: 8. *Hebr.* 11: 24.

ܟܦܪܬ *m.* abnegaſti, *Apoc.* 2: 13. 3: 8. ܟܦܪܘ *m.* negaverant, *Act.* 7: 35. ܟܦܪܬܘܢ *m.* abnegaſtis, *cap.* 3: 13. 14.

Benoni ܟܦܪ *m.* abnegans, *Luc.* 12: 9. Negans, 1 *Joh.* 2: 22, *ter.* 23. *Plur. maſ.* ܟܦܪܝܢ negantes, *Luc.* 8: 45. *Tit.* 1: 16. 2 *Petr.* 2: 1. *Jud. v.* 4. *Conſtr.* ܟܦܪܝ negantes, 2 *Tim.* 3: 2.

Futur. ܢܟܦܘܪ *m.* negaverit, *Matt.* 10: 33. Abneget, *cap.* 16: 24. *Mar.* 8: 34. *Luc.* 9: 23. Abnegabit, 2 *Tim.* 2: 12. Negare, *v.* 13; *in hoc verſu eſt futurum cum præfixo dolath loco infinitivi.*

ܬܟܦܘܪ *m.* abnegabis, *Mat.* 26: 34. 75. *Mar.* 14: 30. 72. *Luc.* 22: 34. 61. *Joh.* 13: 38.

ܐܟܦܘܪ *c.* negabo, *Matt.* 10: 33. 26: 35. *Marc.* 14: 31. ܢܟܦܘܪ *c.* Negare, *Act.* 4: 16; *eſt hîc futurum cum præfixo dolath loco infinitivi.* Abnegaverimus, 2 *Tim.* 2: 12. Abnegemus, *Tit.* 2: 12.

Ethpeel ܐܬܟܦܪ *m.* Negatus, abnegatus eſt. *Futur.* ܢܬܟܦܪ *m.* abnegabitur, *Luc.* 12: 9. *Paël* ܟܦܪ Abſterſit, purgavit, *Prov.* 30: 20.

ܟܦܘܪܐ *m. emph.* Negator, abnegator. *Plur. emph.* ܟܦܘܪܐ abnegatores, *Luc.* 6: 35; *Græc.* ἀχάριστοι ingrati.

ܟܘܦܪܐ *m. emph.* Piaculum, *flagitium expiatione dignum*, 1 *Cor.* 4: 13;

13; *tanquam ab Hebr.* כִּפֵּר expiavit. *Quidam reddunt* purgamentum, *quod convenit Græcæ voci* περίψημα ſordes, *quæ circumquaque abſtergitur & defricatur*.

ܟܘܦܪܢܐ *m. emph.* Villa, viculus. *Diminutivum à* ܟܦܪܐ vicus; *ſicut à* ܓܒܪܐ vir ܓܒܪܘܢܐ virunculus, ܛܠܝܐ puer ܛܠܝܘܢܐ puellus. *Hebr.* כְּפָר. *Plur. emph.* ܟܘܦܪܢܐ̈ viculi, *Luc.* 9: 12; *vide de Dieu Comment. in hunc locum.*

ܟܪ Ubi, ubicunque, *conſtructum cum* ܕ: *Act.* 10: 23. 28: 23. *Rom.* 4: 15. 5: 20. 9: 26. 15: 20. *Col.* 3: 11. *Hebr.* 6: 20. *Quædam Editiones pro* ܕ ܟܪ *habent* ܕ ܟܡ: *vide & ſupra in* ܟܡ.

ܟܪܐ ܟܪܝ *m.* Triſtis, contriſtatus fuit. ܟܪܝܐ ܠܗ *f.* triſte fuit *ei, i. e.*, triſtis fuit, *Matt.* 14: 9. Triſte fuit *eis, i. e.*, triſtes fuerunt, *cap.* 17: 23. 18: 31. 26: 22. Triſte fuit *ipſi, Mar.* 6: 26. *Luc.* 18: 23. 24. *Joh.* 21: 17. Triſte fuit *vobis, i. e.*, triſtes fuiſtis, 2 *Cor.* 7: 9, *bis.*

Benoni fœm. ܟܪܝܐ triſte *eſt vobis, i. e.*, triſtes *eſtis*, *Joh.* 16: 22. *Non ſit* triſte *vobis, i. e., non ſitis* triſtes, 1 *Theſ.* 4: 13.

Peïl fœm. ܟܕ ܟܪܝܐ quum triſte *eſſet ſibi, i. e.*, quum triſtis eſſet, *Mat.* 19: 22; λυπούμενος. *Mar.* 3: 5; συλλυπούμενος ܟܪܝܐ triſte *eſt ipſi animæ meæ, i. e.*, *anima mea eſt* triſtis, *cap.* 26: 38. *Mar.* 14: 34. *præfixum cum affixo in locis memoratis* περίλυπός. Triſte *eſt ipſi, i. e., ipſa* triſtis *eſt*, *Joh.* 16: 21. Triſte *ſit nobis, i. e.*, triſtes *ſimus*, 2 *Cor.* 6: 10.

Futur. ܬܟܪܐ *f. vobis* triſte erit, *i. e., vos* triſtes eritis, *Joh.* 16: 20. 2 *Cor.* 2: 4.

Paël ܟܪܝ *m.* Abbreviavit, decurtavit, contraxit. Decurtaſſet aut contraxiſſet, *Marc.* 13: 20, *bis.*

Ethpaal ܐܬܟܪܝ *m.* Abbreviatus, decurtatus, contractus fuit. ܐܬܟܪܝܘ *m.* decurtati eſſent, *Mat.* 24: 22. *Futur.* ܢܬܟܪܘܢ *m.* decurtabuntur, *ibidem.*

Aphel ܐܟܪܝ *m.* triſtitiâ, mœrore affecit, contriſtavit, 2 *Cor.* 2: 5. ܐܟܪܝܬ *c.* contriſtavi, *v.* 2. & *cap.* 7: 8, *bis.* *Partic. præſ.* ܡܟܪܐ *m.* contriſtans, *cap.* 2: 2. *Futur.* ܢܟܪܘܢ *m.* contriſtarent, *v.* 3.

ܟܪܝܘܬܐ *f. emph.* Triſtitia, mœſtitia. *Joh.* 16: 6. *Rom.* 9: 2. 2 *Cor.* 2: 1. 7. 7: 10, *bis.* 9: 7. *Hebr.* 12: 11.

ܟܪܝܘܬܟܘܢ triſtitia veſtra, *Joh.* 16: 20. 2 *Cor.* 7: 9.

ܟܪܒ *m.* Aravit. *Arab.* كرب כָּרַב. *Futur.* ܢܟܪܘܒ *m.* ut aret, 1 *Cor.* 9: 10.

ܟܪܘܒܐ *m. emph.* Arator, *ibid.*

ܟܪܘܒܐ *m. emph.* Cherub. *Hebr.* כְּרוּב. *Plur. emph.* ܟܪܘܒܐ Cherubim, *Hebr.* 9: 5; Χερουβὶμ. *Erat figura quatuor animalium in unum conflatorum: ita ut pedes eſſent vitulini, manus humanæ, corpus item; facies quatuor, leonis, bovis, aquilæ, hominis; alæ aquilinæ inſuper. Hoc emblema fuit in templo ſuper arca (unde Deus dicebatur habitare inter Cherubim) & in adyto poſuerat Salomo duos alis paſſis parietes tangentes. Parietibus & aulæis tales figuræ inerant. Probabile eſt totam figuram denominari ab animali uno, nempe bove* aratore.

ܟܪܗ *m.* Ægrotavit. *Arab.* كره. כָּרָה. *Ethpeel* ܐܬܟܪܗ *m.* Ægrotavit, debilitatus, infirmatus eſt, *Rom.* 4: 19. Ægrotaſſet, *Phil.* 2: 26. Ægrotavit, *v.* 27. ܐܬܟܪܗܬ *f.* ægrotavit, *Act.* 9: 37. *Partic.* ܡܬܟܪܗ *m.* infirmatur, 2 *Cor.* 11: 29. ܐܢܐ ܡܬܟܪܗ infirmor, *ibid.*

ܟܪܝܗ *m.* Ægrotus, morbidus, infirmus, debilis, languidus. *Eſt nomen formæ Peil Peal.* Ægrotus, *Mat.* 25: 36. Infirmum *corpus*, *cap.* 26: 41. *Mar.* 14: 38. Ægrotus, *Joh.* 4: 46. 11: 1. 2. 3. 6. *Act.* 28: 8. Infirmus, *Rom.* 14: 1. 2. 1 *Cor.* 8: 10. 2 *Cor.* 10: 10. 12: 10. Languidus, 1 *Tim.* 6: 4. Ægrotus, 2 *Tim.* 4: 20. *Jacob.* 5: 14. 15.
Emph. ܟܪܝܗܐ ægrotus, *Mat.* 25: 39. 43. 44. *Joh.* 5: 7. Infirmus, *Act.* 4: 9. 1 *Cor.* 9: 22. *Fœm.* ܟܪܝܗܬܐ infirma, 1 *Cor.* 8: 7. *Plur.* ܟܪܝܗܝܢ *m.* ægroti, *Luc.* 4: 40. 10: 9. Infirmi, 2 *Cor.* 13: 9. *Emph.* ܟܪܝܗܐ ægroti, *Mat.* 10: 8. *Marc.* 3: 15. 6: 5. 13. 56. 16: 18. *Luc.* 4: 40. 9: 2. *Joh.* 5: 3. *Act.* 5: 15. 16. 19: 12. 28: 9. Infirmi, 1 *Cor.* 4: 10. 8: 9. 9: 22, *bis.* 11: 30. *Hebr.* 5: 11. 7: 28.
ܟܪܝܗܘܗܝ infirmi ejus, 1 *Cor.* 1: 27; *hîc affixum* πλεονάζει. ܟܪܝܗܝܗܘܢ ægroti eorum, *Matth.* 14: 14.

ܟܪܝܗܘܬܐ *f. emph.* Morbus, debilitas, languor, infirmitas, *Rom.* 6: 19. 1 *Cor.* 15: 43. 2 *Cor.* 12: 9. *Hebr.* 5: 2. *Conſtr.* ܟܪܝܗܘܬ infirmitas, *Gal.* 4: 13. ܟܪܝܗܘܬܗ infirmitas ejus, *Rom.* 8: 3. 1 *Cor.* 1: 25; *affixum* ܗ *his in locis* πλεονάζει. ܟܪܝܗܘܬܢ infirmitas noſtra, *Rom.* 5: 6. 8: 26. *Hebr.* 4: 15.

ܟܘܪܗܢ *m.* Morbus, invaletudo, debilitas, languor, infirmitas, *dicitur de toto corpore, ut* ܟܐܒ *de parte aliqua ſ. membro: Caſtellus.* Morbus, *Matt.* 4: 23. 10: 1. *Emph.* ܟܘܪܗܢܐ invaletudo, *Luc.* 13: 11. Morbus, *Joh.* 5: 5. 11: 4. Infirmitas, *Rom.* 15: 1.
Cum aff. ܟܘܪܗܢܟܝ invaletudo tua, *Luc.* 13: 12.
Plur. ܟܘܪܗܢܝܢ morbi, *Mat.* 9: 35. *Emph.* ܟܘܪܗܢܐ morbi, *Matt.* 4: 24.

4: 24. *Marc.* 1: 34. *Luc.* 4: 40. 7: 21. 8: 2. 9: 1. *Act.* 19: 12. Infirmitates, 2 *Cor.* 12: 5. 10. *Hebr.* 11: 34.
ܟܘܪܗܢܝܟ morbi tui, 1 *Tim.* 5: 23. ܟܘܪܗܢܝ infirmitates meæ, 2 *Cor.* 11: 30. 12: 9. ܟܘܪܗܢܝܗܘܢ morbi ſui, *Luc.* 6: 18. ܟܘܪܗܢܝܢ infirmitates noſtræ, *Matt.* 8: 17.

ܟܪܙ *m.* Proclamavit, prædicavit, præconiavit, concionatus eſt. *Arab.* كرز ܟܪܙ. *Affinia ſunt Græcorum* κηρύζω, κηρύσσω. ܟܪܙܢ *c.* prædicavimus, *Act.* 15: 36; *in* Pariſ. *maj.* & *Angl. Edit. hic eſt Aphel, in cæteris omnibus eſt Peal.*

Ethpeel ܐܬܟܪܙ *m.* Proclamatus, prædicatus, præconiatus eſt. Prædicatum eſt *evangelium*, *Rom.* 16: 25. Prædicatus eſt, 2 *Cor.* 1: 19. Prædicatum eſt *evangelium*, *Col.* 1: 23. Prædicatus eſt, 1 *Tim.* 3: 16.
ܐܬܟܪܙܬ *f.* prædicaretur, *Act.* 17: 13. Prædicatum fuit, *Col.* 1: 6. *Partic.* ܡܬܟܪܙ *m.* prædicatur, *Act.* 13: 38. 1 *Cor.* 15: 12. *Fœm.* ܡܬܟܪܙܐ ܗܘܬ prædicabatur, *Act.* 12: 24. *Quæ pethocho ad primam radicalem habent à nonnullis ad Ethpaal referuntur.*
Futur. ܢܬܟܪܙ *m.* prædicabitur, *Luc.* 12: 3. 24: 47. *Rom.* 9: 17. *Phil.* 1: 18. ܬܬܟܪܙ *f.* prædicabitur, *Matt.* 24: 14. 26: 13. *Mar.* 13: 10; *abſque jud paragogico.*
Aphel ܐܟܪܙ *m.* Idem *quod* Peal. *Chald.* אַכְרֵז. Prædicavit, *in tit. Evang. Joh.* *Præcedente* ܩܕܡ prænunciavit, *Act.* 3: 18. ܐܟܪܙ prædicavit, *cap.* 10: 37. 2 *Cor.* 11: 4. 1 *Petr.* 3: 19. ܐܟܪܙܬ *c.* prædicavi, *Act.* 20: 25. 26: 20. 1 *Cor.* 9: 27. 2 *Cor.* 11: 7. *Gal.* 4: 16.
ܐܟܪܙܘ *m.* prædicaverunt, *Mar.* 16: 20. *Act.* 3: 24. ܐܟܪܙܢ *c.* prædicavimus, 2 *Cor.* 11: 4. 1 *Theſ.* 2: 10.
Partic. præſ. ܡܟܪܙ *m.* prædicans, *Matt.* 3: 1. 4: 23. 9: 35. *Mar.* 1: 4. 7. 14. 39. Prædicare, *v.* 45. 5: 20. *eſt in his duobus locis participium pro infinitivo: vide Gram. Harm. de Dieu pag.* 416. Prædicans, *Luc.* 3: 3. 4: 44. *Act.* 8: 5. 9: 20. 17: 18. 19. 28: 31. *Rom.* 2: 21. *Gal.* 2: 2. 5: 11. 2 *Tim.* 2: 15. *Apoc.* 5: 2.
Plur. maſc. ܡܟܪܙܝܢ prædicantes, *Mar.* 7: 36. *Act.* 4: 2. 29. 8: 4. 16: 4. 21. *Phil.* 1: 15. 17. ܡܟܪܙܝܢܢ prædicamus, *ex* ܡܟܪܙܝܢ prædicantes & ܚܢܢ nos *vel* ſumus *compoſitum*, *Rom.* 10: 8. 1 *Cor.* 1: 23. 15: 11. 2 *Cor.* 4: 5. *Col.* 1: 28. 1 *Joh.* 1: 2.
Infinit. ܠܡܟܪܙܘ prædicare, *Matt.* 4: 17. Ad prædicandum, *cap.* 11: 1. *Luc.* 4: 18. 9: 2. *Act.* 22: 21.

Imperat.

Imperat. ܟܪܘܙ *m.* prædica, 2 *Tim.* 4: 2. ܟܪܘܙܘ *m.* prædicate, *Matt.* 10: 7. 27. *Mar.* 16: 15.

Futur. ܢܟܪܘܙ *m.* prædicabit, *Matt.* 12: 18. *Act.* 13: 24. 26: 23. ܐܟܪܘܙ *c.* prædicabo, *Mar.* 1: 38. *Act.* 20: 20. *Rom.* 1: 14. ܢܟܪܙܘܢ *m.* ut prædicarent, *Mar.* 3: 14. ܢܟܪܘܙ *c.* ut prædicaremus, *Act.* 10: 42.

ܟܪܘܙܐ *m. emph.* Præco, prædicator, concionator. *Chald.* כָּרוֹזָא *Dan.* 3: 4. Præco, *in tit. Evang. Johannis.* 2 *Tim.* 1: 11. Prædicator, 2 *Petr.* 2: 5. ܟܪܘܙܗ præco ejus, 1 *Tim.* 2: 7; *affixum abundat.* *Plur. emph.* ܟܪܘܙܐ præcones, *Act.* 15: 21.

ܟܪܘܙܘܬܐ *f. emph.* Præconium, prædicatio, *in tit. Evang. Matthæi.* *In fine hujus Evangelii. In tit. Evangelii* Johannis. *In fine ejuſdem Evangelii.* 1 *Cor.* 1: 21. 2 *Tim.* 4: 17.

ܟܪܘܙܘܬܗ prædicatio ejus, *Mat.* 12: 41. *Luc.* 11: 32; *affixum* ܗ *abundat.* ܟܪܘܙܘܬܝ prædicatio mea, 1 *Cor.* 2: 4. ܟܪܘܙܘܬܢ prædicatio noſtra, 1 *Cor.* 15: 14. *Tit.* 1: 3.

ܡܟܪܙܢܐ *m. emph.* Idem *quod* ܟܪܘܙܐ. *Eſt nomen ex partic. præſ. Aphel formatum.* Prædicator, *Rom.* 10: 14.

ܟܪܛܝܣ *c. g. Ephræm, al. f.* Χάρτης, Charta. 2 *Joh.* *v.* 12. *Plur.* ܟܪܛܝܣܐ

ܟܪܟ *m.* Convolvit, involvit, munivit. *Chald.* כְּרַךְ. Convolvit, *Luc.* 4: 20. ܟܪܟܗ involvit ipſum, *Mat.* 27: 59. *Mar.* 15: 46. *Luc.* 23: 53. ܟܪܟܬܗ *f.* involvit eum, *Luc.* 2: 7. ܟܪܟܘܗܝ *m.* involverunt ipſum, *Joh.* 19: 40. *Peil* ܟܪܝܟ *m.* involutus, *Luc.* 2: 12. Convolutum *ſudarium*, *Joh.* 20: 7.

Ethpee ܐܬܟܪܟ *m.* Involutus, circumdatus; circumvagatus eſt, circumivit, peragravit, circumluſtravit, perluſtravit, circumambulavit. Circumivit, *Act.* 18: 23. 19: 1. 20: 2. ܐܬܟܪܟܬ *c.* circumivi, *v.* 25. ܐܬܟܪܟܘ *m.* circumiviſſent, *Act.* 14: 23. Circumdata fuiſſent *mœnia*, *Heb.* 11: 30. Circumiverunt, *v.* 37. ܐܬܟܪܟܘܗ circumluſtraſſent eam, *Act.* 13: 6; *affixum abundat.* ܐܬܟܪܟܢ *c.* circumivimus, *Act.* 27: 4. 7. 28: 13.

Partic. ܡܬܟܪܟ *m.* circumiens, *Mat.* 4: 23. 9: 35. *Mar.* 6: 6. *Luc.* 8: 1. *Act.* 8: 40. 9: 32. 10: 38. 13: 11. 17: 23. Involvitur, *Apoc.* 6: 14.

Fœm.

Fœm. ܡܟܪܟܢܐ circumambulans, *Matth.* 12: 43. *Luc.* 11: 24. *Plur. maſc.* ܡܟܪܟܝܢ circumeuntes, M*at.* 23: 15. *Luc.* 9: 6. *Act.* 8: 4. Circumvagantes, *cap.* 19: 13. *Plur. fœm.* ܡܟܪܟܢ circumeuntes, 1 *Tim.* 5: 13.

Futur. ܢܟܪܟ ut circumiret, *Act.* 19: 21. ܐܟܪܟ c. peragraverim, *Rom.* 15: 19. *Quæ pethocho ad primam radicalem habent à quibuſdam ad Ethpaal referuntur.*

Aphel ܐܟܪܟ *m.* Involvit; circumduxit. *Infinit.* ܠܡܟܪܟܘ circumducendi, 1 *Cor.* 9: 5.

ܟܪܟܐ *m. emph.* Munitio, arx, oppidum, munita urbs. *Chald.* כְּרַךְ, *emph.* כְּרַכָּא. *Affine eſt Græc.* χάραξ. Oppidum, *Joh.* 11: 54. *Plur.* ܟܪܟܝܢ oppida, *Luc.* 19: 17. 19.

ܟܪܟܐ *m. emph.* Involucrum, faſciculus, 2 *Tim.* 4: 13. *Vienn. Tremel. Reg. Hutt. & Troſt. edit. habent* ܟܪܟܐ; P*ariſ. Angl. Gutb. & noſtra* ܟܪܟܐ *legunt.*

ܟܪܣܡ *m.* Amputavit, præcidit, *Jeſ.* 10: 22.

ܟܪܡܐ *m. emph.* Vinea. *Item* amputatio. *Hebr.* כֶּרֶם, *Chald.* כְּרַם, *emph.* כַּרְמָא, *Arab.* كرم כַּרְמ. M*at.* 20: 4. 7. 8. 21: 39. 40. 41. *Mar.* 12: 1. 2 8. 9. *Luc.* 20: 9. 10. 13. 15. 16. 1 *Cor.* 9: 7.
ܟܪܡܗ vinea ejus *m. vel* ſua, M*at.* 20: 1. 2. *Luc.* 13: 6. ܟܪܡܗ vinea ejus *f. Apoc.* 14: 18. 19; *affixum in his duobus verſiculis eſt pleonaſticum.*

ܟܪܣ *f.* Venter, uterus. *Quidam deducunt ab Hebr.* כָּרֵשׂ ingluvies. *Chald.* כְּרַס Idem *quod Syr. Æth.* ከርሥ: כרס. *Joh.* 9: 1. *Act.* 3: 2. 14: 7. *Gal.* 1: 15; *vide hic var. Lect.*

Emph. ܟܪܣܐ, *Chald.* כְּרֵיסָא. Venter, *Matt.* 15: 17. Uterus, *cap.* 19: 12. Venter, *Luc.* 1: 15. Uterus, *cap.* 2: 21. Venter, *cap.* 11: 27. *Joh.* 3: 4. 1 *Cor.* 6: 13. *Apoc.* 2: 22; *vide hic var. Lectiones.* 10: 10. 12: 2.
ܟܪܣܗ venter ejus *m. vel* ſuus. *Mat.* 12: 40; *affixum hîc* πλεονάζει. *Mar.* 7: 19. *Luc.* 15: 16. 16: 21. *Joh.* 7: 38. ܟܪܣܗ venter ejus *f. Luc.* 1: 41. ܟܪܣܟ venter tuus *m. Act.* 2: 30. *Apoc.* 10: 9. ܟܪܣܟܝ uterus tuus *f. Luc.* 1: 42. ܟܪܣܝ uterus meus, *v.* 44. ܟܪܣܗܘܢ venter eorum *vel* ſuus, *Rom.* 16: 18. *Phil.* 3: 19.

Plur. emph. ܟܪܣܬܐ uteri, *Luc.* 23: 29. Ventres, *Tit.* 1: 12.

ܟܘܪܣܐ *m.* Cathedra, ſedes, thronus, ſolium. *Videtur eſſe deductum ab Hebræo* כִּסֵּא, *inſerto* ܪ. *Chald.* כָּרְסְיָא, כָּרְסֵי, כּוּרְסֵי. *Arab.* كُرْسِيّ כּוּרְסִין & كِرْسِيّ כָּרְסִין. *Emph.* ܟܘܪܣܝܐ. *Chald.* כּוּרְסְיָא. Solium, *Matth.* 5: 34. Cathedra, *cap.* 23: 2. Thronus, *Hebr.* 4: 16. 8: 1. *Apoc.* 1: 4. 3: 21, *bis.* 4: 2, *bis.* 3. 16: 17.

Cum aff. ܟܘܪܣܝܗ ſolium, thronus ejus, *Mat.* 23: 22. *Luc.* 1: 32. *Hebr.* 12: 2. *Apoc.* 2: 13; *affixum in his πλεονάζει*

ܟܘܪܣܝܟ thronus tuus, *Act.* 2: 30. *Hebr.* 1: 8. ܟܘܪܣܝ thronus meus, *Act.* 7: 49. *Hoc nomen in forma ſimplici valet etiam affixum primæ perſonæ: vide Gram. Harm. de Dieu pag.* 153. 154.

Plur. ܟܘܪܣܘܬ ſolia, throni, *Mat.* 19: 28. *Emph.* ܟܘܪܣܘܬܐ cathedræ, *Matth.* 21: 12. *Mar.* 11: 15. Throni, *Luc.* 1: 52. 22: 30. *Apoc.* 4: 4, *bis.* 11: 16. 20: 4.

ܟܪܣܛܝܢܐ Χριστιανὸς, Chriſtianus, *Act.* 26: 28. ܟܪܣܛܝܢܐ, 1 *Petr.* 4: 16. *Plur. emph.* ܟܪܣܛܝܢܐ Chriſtiani, *Act.* 11: 26. *vide Gram. Harm. de Dieu pag.* 422. *num.* 3.

ܟܪܘܣܘܦܪܣܘܣ Chryſopoſius, *Apoc.* 21: 20. *Nomen gemmæ.*

ܟܫܠ *m.* Offendit, impegit. *Hebr.* כָּשַׁל. *Ethpeel* ܐܬܟܫܠ Offenſus, ſcandalizatus eſt. ܐܬܟܫܠܘ *m.* offenſi ſunt, *Matt.* 15: 12. *Partic.* ܡܬܟܫܠ *m.* offenditur, *Mat.* 13: 21. 2 *Cor.* 11: 29. *Plur.* ܡܬܟܫܠܝܢ *m.* offenduntur, *Mar.* 4: 17. *Luc.* 8: 13. ܡܬܟܫܠܝܢ ܗܘܘ offendebantur, *Mat.* 13: 57. *Mar.* 6: 3. *Futur.* ܢܬܟܫܠ *m.* offendetur, *Matt.* 11: 6. 26: 33. *Luc.* 7: 23. ܐܬܟܫܠ *c.* offendar, *Mat.* 26: 33. ܢܬܟܫܠܘܢ *m.* offendentur, *Mat.* 24: 10. *Mar.* 14: 29. ܬܬܟܫܠܘܢ *m.* offendemini, *Mat.* 26: 31. *Marc.* 14: 27. *Joh.* 16: 1.

Aphel ܐܟܫܠ *m.* Offendit, ſcandalizavit. *Part. præſ.* ܡܟܫܠܐ *f.* offendens, *Matt.* 5: 29. 30. 18: 8. 9. *Marc.* 9: 43. 45. 47. *Joh.* 6: 61. 1 *Cor.* 8: 13. *Futur.* ܢܟܫܠ *m.* offendet, *Mat.* 18: 6. *Mar.* 9: 42. *Luc.* 17: 2. 4. ܐܟܫܠ *c.* offendam, 1 *Cor.* 8: 13. ܢܟܫܠ *c.* offendamus, *Mat.* 17: 27.

ܟܫܠܐ *m.* Σκάνδαλον, ſcandalum, offendiculum. *Emph.* ܟܫܠܐ 1 *Petr.* 2: 7. 1 *Joh.* 2: 10. *Apoc.* 2: 14. ܟܫܠܗ offendiculum ejus, *Gal.* 5: 11; *affixum abundat.*

ܡܟܫܘܠܐ *m. emph.* Idem. *Hebr.* מִכְשׁוֹל. *Rom.* 9: 33. *Plur. emph.* ܡܟܫܘܠܐ

ܡܟܫܘܠܐ offendicula, ſcandala, *Matt.* 13: 41. 18: 7. *Luc.* 17: 1. *Rom.* 16: 17.

* כשף *Hebr. Piël* כִּשֵּׁף Præſtigias, maleficia, *aut* magiam exercuit, *mutavit aliquid naturale ad aſpectum oculi, ut aliud appareat quam eſt. In bonam partem ſumitur Syrorum* ܟܫܦ, *Ethpaal* ܐܬܟܫܦ *m.* Meditatus eſt, muſſitavit, oravit, precatus eſt, obſecravit, ſupplicavit, rem ſacram peregit, ſacrificavit: *ſicut præſtigiatores, quædam muſſitant aut geſticulantur: Schindlerus. Conſtruitur cum* ܠ. ܐܬܟܫܦܘ *m.* obſecraſſent, *Act.* 4: 31. *Partic.* ܡܬܟܫܦ *m.* obſecrans, *Phil.* 1: 4. *Col.* 1: 29; *vertitur hic* enitens; *ſed vide var. Lect. Plur maſc.* ܡܬܟܫܦܝܢ obſecrantes, *Act.* 13: 2. *Eph.* 6: 18. ܡܬܟܫܦܝܢܢ obſecramus, 1 *Theſ.* 4: 1; *conſtat ex* ܡܬܟܫܦܝܢ obſecrantes & ܚܢܢ nos *vel* ſumus. *Futur.* ܢܬܟܫܦ *c.* obſecremus, 1 *Theſſ.* 3: 10.

ܬܟܫܦܬܐ *f.* Preces, deprecatio, obſecratio, ſupplicatio. *Emph.* ܬܟܫܦܬܐ ſupplicatio, *Hebr.* 5: 7. *Conſtr.* ܬܟܫܦܬ: *vide Gram. Harm. de Dieu pag.* 102.

ܟܬܒ *m.* Scripſit, con-de-in-per-præ-reſcripſit. *Hebr.* כָּתַב, *Chald.* כְּתַב, *Arab.* كَتَبَ: *Græci pro Tau ponunt* ρ *euphoniæ cauſa, ut* γράφω, & *Latini præponendo* ſ *dicunt* Scribo; *ſic Teut.* Schreiben/ & *Belg.* Schrijven. Scripſit, *Mar.* 10: 5. 12: 19. *Luc.* 1: 63. 20: 28. *Joh.* 1: 45. 5: 46. 19: 19. 21: 24. Deſcripſit; *Rom.* 10: 5.

ܟܬܒܬ *c.* ſcripſi, *Joh.* 19: 22, *bis. Act.* 1: 1. *Rom.* 15: 15. 16: 22. 1 *Cor.* 5: 9. 11. 9: 15. 2 *Cor.* 2: 3. 4. 7: 12. *Gal.* 6: 11. *Eph.* 3: 3. 2 *Theſ.* 3: 18. *Philem. verſſ.* 19. 21. *Hebr.* 13: 22. 1 *Petr.* 5: 12. 1 *Joh.* 4: 14, *ter.* 26. 5: 13.

ܟܬܒܘ *m.* ſcripſerunt, *Act.* 15: 23. 16: 4. 18: 27. ܟܬܒܬܘܢ *m.* ſcripſiſtis, 1 *Cor.* 7: 1. ܟܬܒܢ *c.* ſcripſimus, *Act.* 21: 25.

Benoni ܟܬܒ *m.* ſcribens, *Joh.* 8: 8. 1 *Cor.* 4: 14. 14: 37. 2 *Cor.* 9: 1. 13: 10. *Gal.* 1: 20. 2 *Theſ.* 3: 18. 1 *Tim.* 3: 14. 2 *Petr.* 3: 1. 1 *Joh.* 2: 1. 7. 8. 12. 13, *bis.* 2 *Joh. v.* 5.

Plur. ܟܬܒܝܢܢ ſcribimus, 2 *Cor.* 1: 13. 1 *Joh.* 1: 4; *ex* ܟܬܒܝܢ *m.* ſcribentes & ܚܢܢ nos *vel* ſumus *compoſitum.*

Peil ܟܬܝܒ *m.* ſcriptus, ſcriptum, *Mat.* 2: 5. 4: 4. 6. 7. 10. 11: 10. 21: 13.

21: 13. 26: 24.31. *Mar.* 1: 2. 7: 6. 9: 12.13. 11: 17. 14: 21.27. *Luc.* 2: 23. 3: 4. 4: 4. 8.10.17. 7: 27. 10: 26. 19: 46. 21: 22. 23: 38. 24: 44.46. *Joh.* 2: 17. 6: 31.45. 8: 17. 10: 34. 12: 14. 19: 19.20. *Act.* 1: 20. 7: 42. 13: 29.33.47. 15: 15. 17: 23. 23: 5. *Rom.* 1: 17. 2: 15.24. 3: 4.10. 4: 17.18. 8: 36. 9: 13.33. 10: 15. 11: 8.26. 12: 19. 14: 11. 15: 3.9. 1 *Cor.* 1: 19.31. 2: 9. 3: 19. 4: 6. 9: 9. 10: 7. 14: 21. 15: 3.4.45. 2 *Cor.* 4: 13. 8: 15. 9: 9. *Gal.* 3: 10, *bis.* 11.13. 4: 22.27. *Hebr.* 4: 7. 7: 6. 10: 7. *Jacob.* 2: 8. 1 *Petr.* 1: 16. *Apoc.* 2: 17. 5: 1. 13: 8. 14: 1. 17: 5.8. 19: 12. 20: 15.

Fœm. ܟܬܝܒܬܐ ſcripta, *Marc.* 15: 26. *Luc.* 20: 17. 22: 37. *Joh.* 15: 25. 2 *Cor.* 3: 2.3.

Plur. maſc. ܟܬܝܒܝܢ ſcripti, *Phil.* 4: 3. *Apoc.* 19: 12. 16. 21: 12. 27.

Plur. fœm. ܟܬܝܒܢ ſcriptæ, *Luc.* 18: 31. *Joh.* 12: 16. 20: 30. *Act.* 13: 27. 24: 14. Scripturæ, literæ, *Gal.* 6: 11; *Gr.* γράμματα. Scripta, *Apoc.* 1: 3. 20: 12. Scriptæ, *cap.* 22: 18. Scripta, *v.* 19.

Infinit. ܠܡܟܬܒ ad ſcribendum, 1 *Theſ.* 4: 9. 5: 1. 2 *Joh. v.* 12. 3 *Joh. v.* 13. *Jud. v.* 3. Scribere, *ibid.* *Futurus eram* ſcribere, *Apoc.* 10: 4; *Gr.* ἔμελλον γράφειν.

Imperat. ܟܬܘܒ *m.* ſcribe, *Luc.* 16: 6.7. *Apoc.* 1: 11.19. 2: 1. 8.12.18. 3: 1.7.14. 14: 13. 19: 9. 21: 5.

Futur. ܬܟܬܘܒ *m.* ſcribas, *Joh.* 19: 21. ܐܟܬܘܒ *c.* ſcribam, *Luc.* 1: 3. *Act.* 25: 26. *Phil.* 3: 1. 3 *Joh. verſſ.* 9.13. *Apoc.* 3: 12.

ܐܟܬܒܝܗ̇ ſcribam eam *legem*, *Hebr.* 8: 10. 10: 16. ܬܟܬܒܘܢ *m.* ſcribatis, 2 *Cor.* 3: 1. ܢܟܬܘܒ *c.* ſcribamus, *Mar.* 10: 4. *Act.* 25: 27.

Ethpeel ܐܬܟܬܒ *m.* Scriptus, conſcriptus, deſcriptus eſt. Scriptum eſt, *Rom.* 15: 4, *bis.* 2 *Tim.* 3: 16. ܐܬܟܬܒܬ *f.* ſcriptum eſt, *Rom.* 4: 23. 1 *Cor.* 9: 10. Scripta eſt, *Col.* 4: 16. ܐܬܟܬܒܘ *m.* ſcripta ſunt *nomina*, *Luc.* 10: 20. Scripti ſunt, *Hebr.* 7: 3. ܐܬܟܬܒܘ ܗܘܘ præſcripti erant, *Jud. v.* 4. ܐܬܟܬܒܝ *f.* ſcripta ſunt, 1 *Cor.* 10: 11.

Partic. plur. maſc. ܡܬܟܬܒܝܢ conſcripti, *Hebr.* 12: 23. ܗܘܘ ܡܬܟܬܒܝܢ ſcriberentur, *Joh.* 21: 25. Deſcribebantur, *Act.* 5: 37. *Plur. fœm.* ܗܘܝ ܡܬܟܬܒܢ ſcriberentur, *Joh.* 21: 25. *Futur.* ܢܬܟܬܒ *m.* deſcriberetur, *Luc.* 2: 1. 3. 5. ܢܬܟܬܒܢ *f.* ſcribantur, 2 *Cor.* 3: 1.

In Vienn. Reg. [*charact. Syr.*] & *Troſt. edit. ad præformantem futuri eſt Chevozo; in cæteris punctatis codicibus Revozo ad eam reperitur.*

Aphel ܐܟܬܒ *m.* Scripſit, conſcripſit; ſcribere fecit. *Partic. præſ.* ܗܘܐ ܡܟܬܒ *m.* ſcribebat, *Joh.* 8: 6; *ſic legitur in Polyglottis*; *in*

in Gutbierio eſt ܗܘܐ ܡܟܬܒ, *ex conjug.Paël. Futur.* ܢܶܟܬܽܘܒ *m.* ſcribere, *Luc.* 1 : 1; *futurum cum præfixo dolath loco infinitivi.*

ܟܬܒ *m.* Liber, libellus, ſcriptum, ſcriptura, deſcriptio, inſcriptio, catalogus. *Hebr.* כְּתָב. Scriptura, 2 *Tim.* 3 : 16. *Emph.* ܟܬܒܐ catalogus, deſcriptio, *Mat.* 1 : 1. Scriptum, libellus *repudii*, *cap.* 5 : 31. Scriptum, libellus *deſertionis*, *cap.* 19 : 7. Scriptura, *cap.* 21 : 42. Inſcriptio, *cap.* 22 : 20. Scriptum, *cap.* 27 : 37. Libellus *deſertionis*, *repudii*, *Marc.* 10 : 4. Scriptura, *cap.* 12 : 10. Inſcriptio, *v.* 16. Liber, *v.* 26. Inſcriptio, *cap.* 15 : 26. Scriptura, *v.* 28. Liber, *Luc.* 3 : 4. Scriptura, *cap.* 4 : 21. Liber, *cap.* 20 : 42. Inſcriptio, *cap.* 23 : 38. Scriptura, *Joh.* 7 : 42. 10 : 35. 13 : 18. 17 : 12. 19 : 24. 28. 36. Liber, *cap.* 20 : 30. *Tit. Actor.* & *cap.* 1 : 1. Scriptura, *v.* 16. Liber, *cap.* 7 : 42. Scriptura, *cap.* 8 : 32. 35. *Rom.* 2 : 27. Scriptum, *v.* 29. Scriptura, *cap.* 4 : 3. 7 : 6. 9 : 17. 10 : 11. 11 : 2. 2 *Cor.* 3 : 6. 7. *Gal.* 3 : 8. 22. 4 : 30. Liber, *Phil.* 4 : 3. Scriptura, 1 *Tim.* 5 : 18. *Hebr.* 2 : 6. 7 : 8. *Jacob.* 2 : 23. 4 : 5. 1 *Petr.* 2 : 6. Liber, *Apoc.* 1 : 11. 3 : 5. 5 : 1. 2. 3. 4. 5. 7. 8. 9. 6 : 14. 13 : 8. 17 : 8. 20 : 12. 15. 21 : 27. 22 : 7. 9. 10. 18, *bis.* 19, *bis.*

ܟܬܒܟ liber tuus, *Luc.* 16 : 6. 7.

Plur. ܟܬܒܝܢ, *emph.* ܟܬܒ̈ܐ ſcripturæ, *Matth.* 22 : 29. 26 : 54. Scripta, *v.* 56. Scripturæ, *Mar.* 14 : 49. *Luc.* 24 : 27. 32. 45. *Joh.* 2 : 22. 5 : 39. 7 : 38. 20 : 9. Libri, *cap.* 21 : 25. Scripta, *Act.* 13 : 27. Scripturæ, *cap.* 17 : 2. 11. 18 : 24. 28. *Rom.* 1 : 2. 16 : 26. Libri, 2 *Tim.* 4 : 13. *Hebr.* 10 : 7. Scripturæ, 2 *Petr.* 3 : 16. Libri, *Apoc.* 20 : 12, *bis.*

ܟܬܒ̈ܘܗܝ ſcripta ejus, *Joh.* 5 : 47. ܟܬܒ̈ܝܗܘܢ Libri ſui, *Act.* 19 : 19.

ܟܬܒܐ *f.* Idem. Scriptura, 2 *Petr.* 1 : 20. *Emph.* ܟܬܒܬܐ. *Conſtr.* ܟܬܒܬ ſcriptura, 1 *Cor.* 16 : 21. 2 *Theſ.* 3 : 18.

ܟܬܒܘܢܐ *m.* Libellus, *Apoc.* 10 : 2. 8. 9. 10. *Eſt nomen diminutivum factum ex maſculino emphatico* ܟܬܒܐ, *inſertis ultimæ ſyllabæ literis* ܘܢ : *vide Gram. Harm. de Dieu pag.* 71. 72.

ܟܬܝܒܬܐ *f. emph.* Scriptum, ſcriptura, deſcriptio, inſcriptio. *Eſt nomen formæ Peil.* Inſcriptio, *Luc.* 20 : 24; *Gr.* ἐπιγραφή. *Notata ſunt hîc in Vienneſi editione duo puncta ſupernè, ac ſi eſſet numerus pluralis : ita & Tremellius habet formam pluralem* כְּתִיבָתָא; *vertit tamen ſingulariter* deſcriptio : *Crineſius in ſuo Lexico punctat ex forma emphatica plurali* ܟܬܝܒ̈ܬܐ כְּתִיבָתָא & *interpretatur pluraliter* ſcripta, *quemadmodum legitur Hebr.* 5 : 12.

ܡܟܬܒܢܘܬܐ *f. emph.* Scriptio, deſcriptio, *Luc.* 2 : 2.

ܟܬܡ *m.* Cicatrices impreſſit, ſignavit, *Jerem.* 2 : 22.

Paël ܟܬܡ *m.* Fœdavit, inquinavit, contaminavit, maculavit, commaculavit. *Partic. præſ.* ܡܟܬܡ *m.* maculans, *Jacob.* 3: 6. *Partic. præt.* ܡܟܬܡܬܐ *f.* contaminata, *Jud.* v. 23. *Plur. maſc.* ܡܟܬܡܝܢ inquinati, v. 12. *Emph.* ܡܟܬܡܐ fœdati, 2 *Petr.* 2: 13.

ܟܘܬܡܐ *f.* Macula, labes, turpitudo; nota, ſignum, ſtigma. Labes, 2 *Petr.* 3: 14. Macula, *Jud.* v. 24. *Emph.* ܟܘܬܡܬܐ. *Plur.* ܟܘܬܡܝܢ, *emph.* ܟܘܬܡܐ. *Cum aff.* ܟܘܬܡܘܗܝ ſtigmata ejus, *Gal.* 6: 17; *affixum* πλεονάζει.

* כתן ܟܬܢܐ *m. emph.* Ὀθόνιον, linum, linteum, linteamen. *Chald.* כִּתָּן כְּתַן, *emph.* כִּתָּנָא, *Sam.* ࠊࠕࠍࠄ כתנה, *Arab.* كَتّان כתאן, *Æth.* כְּתָן. *Matth.* 27: 59. *Marc.* 15: 46. *Luc.* 23: 53. *Act.* 10: 11. 11: 5. *Apoc.* 15: 6. *Plur. emph.* ܟܬܢܐ *Luc.* 24: 12. *Joh.* 19: 40. 20: 5. 6.

ܟܘܬܝܢܐ *f.* Tunica, *linea propriè*, induſium, interula, *Gr.* Χιτών. *Hebr.* כְּתֹנֶת, כֻּתֹּנֶת, *Chald.* כִּתּוּן, כִּתּוּנָא, כִּתּוּנָא. Tunica, *Jud.* v. 23. ܟܘܬܝܢܗ tunica ejus *vel* ſua, *Marc.* 14: 63. *Joh.* 19: 23. 21: 7. ܟܘܬܝܢܟ tunica tua, *Mat.* 5: 40. *Luc.* 6: 29. *Plur.* ܟܘܬܝܢܝܢ tunicæ, *Mat.* 10: 10. *Mar.* 6: 9. *Luc.* 3: 11. *Emph.* ܟܘܬܝܢܝܬܐ tunicæ, *Act.* 9: 39. *Quædam fœminina in plurali jud adſciſcunt: vide Gram. Harm. de Dieu pag.* 109.

كَتَفَ כְּתַף *m. Arab.* Percuſſit in ſcapulis, in ſcapulis dorſove læſit *ſella jumentum.*

ܟܬܦܐ *f.* Humerus, ſcapula: latus: littus. *Hebr.* כָּתֵף, כְּתֵף, *Chald.* כְּתַף, כַּתְפָּא, כְּתַף, *Samar.* ࠊࠕࠐ כתף. Humerus, *Gen.* 21: 14. *Plur. emph.* ܟܬܦܬܐ humeri, *Mat.* 23: 4. ܥܠ ܟܬܦܬܗ ſuper humeros ſuos, *Luc.* 15: 5.

ܟܬܪ *m.* Paël Exſpectavit, manſit, permanſit, perſeveravit, moratus eſt. Manſit, *Joh.* 11: 6. ܟܬܪܘ *m.* permanerent, *Joh.* 8: 7. ܟܬܪܬܘܢ *m.* perſeveraſtis, *Luc.* 22: 28. *Partic. præſ.* ܡܟܬܪ *m.* permanens, 2 *Petr.* 3: 4. 1 *Joh.* 2: 10. *Plur. maſc.* ܡܟܬܪܝܢ manentes, *Act.* 27: 31. Permanentes. 1 *Joh.* 2: 19. *Plur. fœm.* ܡܟܬܪܢ manentia, 1 *Cor.* 13: 13. *Infinit.* ܠܡܟܬܪܘ manere, *Apoc.* 17: 10. *Futur.* ܢܟܬܪ *m.* maneat, *Hebr.* 13: 1. ܬܟܬܪܘܢ *m.* manſeritis, *Joh.* 8: 31.

ܟܬܫ

ܟܬܰܫ *m.* Contendit, certavit, altercatus eſt, percuſſit, feriit.
Benoni ܟܳܬܶܫ *m.* percutiens, feriens, 1 *Cor.* 9 : 26.
Ethpeel ܐܶܬܟܬܶܫ *m.* Luctatus eſt, pugnavit, agonizavit, *Exod.* 32: 17. Contendit, conatus eſt, *Jon.* 1 : 13. Viribus defecit, 1 *Reg.* 18 : 26. Afflictatus eſt, 2 *Paral.* 16 : 12.
Ethpaal ܐܶܬܟܰܬܰܫ *m.* Certavit, decertavit, contendit, pugnavit, dimicavit, digladiatus, luctatus fuit, bellum geſſit, præliatus eſt; pugnax, contentioſus, rixatus fuit: anxius, ſollicitus fuit. ܐܶܬܟܰܬܫܶܬ *c.* certavi, 2 *Tim.* 4 : 7. *Partic.* ܡܶܬܟܰܬܰܫ *m.* certans, *Col.* 1 : 29; *nim. in M. S. Colonienſi, quo Raphelengius uſus eſt: vide hic var. Lectiones.* Certans, 2 *Tim.* 2 : 5, *bis.* *Plur. maſc.* ܡܶܬܟܰܬܫܺܝܢ contendentes, *Joh.* 18 : 36. Contentioſi, pugnaces, *Tit.* 3: 2. Anxii, *Hoſ.* 7: 14. *Participium in nomen degenerat.*
Paël ܪܟܶܒ *m.* Conjunxit, compoſuit, conſtruxit, coagmentavit. *Ethpaal* ܐܬܪܰܟܰܒ *m.* Conjunctus, compoſitus, conſtructus, coagmentatus eſt. *Partic.* ܡܬܪܰܟܰܒ *m.* conjungitur, *Epheſ.* 2: 21. Componitur, *cap.* 4: 16. *Col.* 2: 19.

Aphel ܐܪܟܒ *m.* Vehere, *ſ.* vehi, equitare fecit, ſuperimpoſuit. ܐܪܟܒܘܗܝ equitare fecerunt eum, *Luc.* 19: 35; *affixum hic* πλεονάζει. *Futur.* ܢܪܟܒܘܢܝܗܝ ſuperimponant eum; *Act.* 23: 24; *Pariſ. maj.* & *Angl. habent ex conjugatione Aphel, reliqui punctati codices ex Peal: vide var. Lectiones. Et affixum hoc in loco abundat.*

ܪܘܟܒܐ *m. emph.* junctura, vinculum. *Plur. emph.* ܪ̈ܘܟܒܐ juncturæ, *Act.* 27: 40.

ܡܪܟܒܬܐ *f. emph.* Currus. *Hebr.* מֶרְכָּבָה. *Act.* 8: 28. 29. 38. *Plur.* ܡܪ̈ܟܒܢ. *Hebr.* מַרְכָּבוֹת. *Emph.* ܡܪ̈ܟܒܬܐ *Apoc.* 9: 9. 18: 13.

ܪܟܰܟ ܪܟ *m.* Mollitus, mollis, tener, delicatus fuit *vel* factus eſt, molleſcere, teneraſcere. *Hebr.* רָכַךְ. *Chald.* רְכַךְ.

ܡܐ ܕܪܟܘ ܣܘܟܝ̈ܗ *ad verb.* quum tener factus eſt rami ejus, *i.e.*, teneri facti ſunt rami ejus, *Marc.* 13: 28; *vide Glaſſ. philol.* 5. *lib.* 3. *tract.* 3. *Can.* 52.

Benoni plur. fœm. ܪ̈ܟܟܢ teneraſcentes, *Matt.* 24: 32.

ܪܟܝܟܐ *m. emph.* Mollis, tener, lenis, delicatus. *Chald.* רַכִּיךְ רְכִיךְ, *emph.* רַכִּיכָא. *Plur. emph.* ܪ̈ܟܝܟܐ molles *veſtes*, *Mat.* 11: 8. *Luc.* 7: 25.

ܪܟܝܟܘܬܐ *m. emph.* Lenitas, mollities.

ܪܟܢ *m.* Inclinavit ſe, *ſimpliciter*, *vel* ſimul cecidit, deſiliit, inclinavit. *Chald.* רְכַן. *Arab.* رَكَنَ. רכן. ܘܝܘܡܐ ܗܫܐ ܪܟܢ ܠܗ dies nunc inclinavit ſe, *Luc.* 24: 29.

Aphel ܐܪܟܢ *m.* Inclinavit *caput ſuum*, *Joh.* 19: 30.

• רְכַשׁ *Hebr.* & רְכַשׁ *Chald.* Collegit, acquiſivit, comparavit *facultates*, *ſubſtantiam*, *opes*. *Unde Hebr.* רְכוּשׁ & רְכֻשׁ Facultas, ſubſtantia, opes, divitiæ, poſſeſſio *pecudum*, *argenti*, *auri* & *rerum mobilium*.

ܪܟܫܐ

ܪ̈ܟܫܐ *m. emph.* Equus; equi, equitatus. *Hebr.* רֶכֶשׁ. *Chald.* רְכַשׁ, *emph.* רִכְסָא רִכְשָׁא equus velox, mulus, veredus. Co*mprehendit equos pretioſos & ſelectos. Syrum nomen eſt ex iis quæ terminatione ſingularia ſunt, ſemper tamen duo geſtant puncta, notam pluralis numeri: quæ ſignificatione aliquando ſunt ſingularia, aliquando pluralia: vide de iis Gram. Amiræ pag.* 95. & *Gram. Harm. de Dieu pag.* 122, & *hujus Animad. in Apoc.* 9: 7. *Invenitur, Jacob.* 3: 3. *Apoc.* 9: 7. 9. 17, *bis.* 19. 14: 20. 18: 13. 19: 14. 18.

ܪܡܐ *m.* Jecit, conjecit, dejecit, ejecit, injecit, objecit, projecit, miſit, commiſit, immiſit, infudit, poſuit, admovit, proſtravit; jaculatus eſt, ῥίπτω. *Hebr.* רָמָה, *Chald.* רְמָה, *Arab.* رَمَى רְמַי, *tertiâ radicali quieſcente.* *Benoni* ܪܳܡܶܐ *m.* immittens, *Matt.* 9: 16. *Marc.* 2: 21. 22. Jaciens *rete*, *Luc.* 5: 5. Immittens, *verſſ.* 36. 37. Admovens, *cap.* 9: 62. Immittens, *Joh.* 20: 25. Injiciens, 1 *Cor.* 7: 35. 2 *Cor.* 3: 13. Projiciens, *Apoc.* 2: 22. Injiciens, *v.* 24; *duo illa puncta, quæ in hoc loco in edit. de Dieu & noſtrâ ſupra Riſch ſunt, non indicant pluralem numerum; ſed prius deſignat Riſch, alterum eſt nota participii præſentis.*

P*lur. maſc.* ܪ̈ܳܡܶܝܢ jacientes, *Matt.* 4: 18. Immittentes, *cap.* 9: 17. Projicientes, *cap.* 21: 8. Jacientes, *Marc.* 1: 16. Mittentes, *cap.* 2: 22. Injicientes, *cap.* 12: 41, *bis.* 43. Immittentes, *Luc.* 5: 38. Injicientes, *cap.* 21: 1.

ܪܳܡܶܝܢܰܢ immittimus, *Jac.* 3: 3; *ex* ܪ̈ܳܡܶܝܢ immittentes & ܚܢܰܢ nos *vel* ſumus *compoſitum.* Peïl ܪܡܶܐ *m.* projectus, jacens, decumbens, *Matt.* 8: 6. 9: 2. *Luc.* 16: 20. Conjectus, *cap.* 23: 19. 25. Injectum, *Joh.* 13: 2. Projectus, jacens, decumbens, *Act.* 9: 33.

Fœm. ܪܡܶܝܳܐ proſtrata, projecta, jacens, decumbens, *Matt.* 8: 14. *Marc.* 1: 30. 5: 40. 7: 30. Injecta, *cap.* 9: 42. Injectum *velamen*, 2 *Cor.* 3: 15.

P*lur. maſc.* ܪ̈ܡܶܝܢ projecti, jacentes, decumbentes, *Act.* 5: 15.

Ethpeel ܐܶܬܪܡܺܝ *m.* Abjecit, projecit, ſubjecit, ſubmiſit, accommodavit ſe, abjectus, projectus eſt, *Apoc.* 8: 8. 12: 9. ܐܶܬܪܡܺܝܘ *m.* ſubjecerunt ſe, *Gal.* 2: 13. ܐܶܬܪܡܺܝܢܰܢ c. abjecimus nos, *Gal.* 2: 5. *Futur.* ܬܶܬܪܡܶܐ *f.* projicietur, *Apoc.* 18: 21. ܢܶܬܪܡܽܘܢ *m.* ſubjiciant ſe, 1 *Tim.* 1: 4. *Tit.* 1: 14; *vide hoc in loco var. Lect. vide & ſupra pag.* 118.

P*aël* ܪܰܡܺܝ *m.* Impoſuit, feſellit, decepit, dolosè egit. *Hebr.* רִמָּה, *Chald.* רַמִּי.

Aphel ܐܰܪܡܺܝ *m.* Idem *quod* Peal. Injecit, *Marc.* 7: 33. *Joh.* 7: 30. 44. Injecit, Immiſit, infudit, *c.* 13: 5. Injecerat *manus*, *Act.* 12: 1. Projecit, *Apoc.* 8: 5. 12: 4. 15. 16. 14: 16. 19, *bis.* 18: 21.

ܐܰܪܡܝܳܗܝ conjecerat eum, *Mat.* 14: 3. *Marc.* 6: 17. Dejecit eum, *Luc.* 9: 42. Conjecit eum, *Act.* 12: 4. Projecit eum, *Apoc.* 20: 3.

ܐܰܪܡܝܽܘܗܝ

ܐܫܕܝܗ̇ jecit ipſum *granum*, *Luc.* 13: 19. ܐܫܕܝܬ *f.* projecit, *Mat.* 26: 12. Injecit, *Marc.* 12: 42. 43. *Luc.* 21: 2. 3. ܐܫܕܝܬܗ̇ abjecit eum, *Marc.* 9: 22. Injecit eam *poſſeſſionem*, *cap.* 12: 44; *hoc in loco affixum* πλεονάζει. Poſuit eum, *Luc.* 2: 7. Injecit id, *cap.* 21: 4; & *hic affixum abundat.*

ܐܫܕܝܬ *c.* conjeci, *Act.* 26: 10. ܐܫܕܝܘ *m.* injecerunt, *Mat.* 13: 48. Projecerunt, *cap.* 15: 30. Injecerunt, *cap.* 26: 50. Objecerunt, *cap.* 27: 60. Injecerunt, *Marc.* 11: 7. 12: 44. 14: 46. Projecerunt *ſortem*, *cap.* 15: 24. Injecerunt, *Luc.* 19: 35. 21: 4. jecerunt *ſortem*, *Joh.* 19: 24. *Rete*, *c.* 21: 6. *Sortes*, *Act.* 1: 26. Injecerunt, *c.* 4: 3. 5: 18. Conjecerunt, *c.* 16: 23. Injecerunt, *c.* 21: 27. Ejecerunt, *c.* 27: 28. 29. Injecerunt, *Apoc.* 18: 19.

ܐܫܕܝܘܢܢ ܒܝܬ ܐܣܝܪܐ conjecerunt nos in carcerem, *Act.* 16: 37.

Partic. præſ. ܡܫܕܝܢܬܘܢ jacitis *fundamentum*, *Hebr.* 6: 1; *ex* ܡܫܕܝܢ *m.* jacientes & ܐܢܬܘܢ vos *vel* eſtis

Infinit. ܠܡܫܕܝܘ projicere, *Mat.* 15: 26. Ut injiciat, *Apoc.* 2: 10. Objicere, *v.* 14. *Imperat.* ܐܫܕܝ *m.* projice, *Mat.* 17: 27. *Luc.* 4: 9. ܐܫܕܘ *m.* jacite, *Joh.* 21: 6. *Futur.* ܢܫܕܐ *m.* jaciat, *Marc.* 4: 26. Injiciat *moleſtiam*, *Gal.* 6: 17. ܢܫܕܝܟ conjiciat te, *Luc.* 12: 58. ܢܫܕܝܢܝ mittat me, *Joh.* 5: 7. ܬܫܕܐ *m.* projiceres, *Matt.* 25: 27. ܐܫܕܐ *c.* mittam, immitam, *Matt.* 10: 34. 12: 49. 51. ܢܫܕܘܢ *m.* conjicient, *Mat.* 13: 42. Projicient, *v.* 50. *Luc.* 6: 38. Injicient, *cap.* 20: 19. 21: 12. Committerent *ſe natatui*, *Act.* 27: 42. 43. Projicient, *Apoc.* 4: 10. ܬܫܕܘܢ *m.* projicietis, *Mat.* 7: 6. ܢܫܕܐ *c.* projiciamus, *Marc.* 7: 27. ܢܫܕܝܘܗܝ mittamus id *argentum*, *Matt.* 27: 6.

Ettaphal ܐܬܬܫܕܝ *m.* Abjectus, projectus eſt, *Apoc.* 12: 9; *bis in Pariſ.* & *Angl. edit.* 10. 13. 20: 10. 15. ܐܬܬܫܕܝܘ *m.* abjecti, projecti ſunt, *Apoc.* 12: 9. 19: 20. 20: 14.

ܡܫܕܝܢܐ *m. emph.* Deceptor, ſeductor, impoſtor, ſuſurro, ſycophanta. *idem quod* ܡܫܕܥܢܐ. *Eſt nomen ex participio præſenti paël formatum. Caſtellus & Gutb. in Lex. habent* ܡܫܕܝܢܐ, *quod ex participio præſenti Aphel deductum. Invenitur*, *Apoc.* 12: 9. 12. 20: 2. *Vide var. Lect. in duobus prioribus locis*, & *de Dieu Animadv. in locum primum.*

ܬܫܕܝܬܐ *f. emph.* Fundatio, fundamentum. *Plur. emph.* ܬܫܕܝܬܢ, *emph.* ܬܫܕܝܬܐ. ܬܫܕܝܬܐ ܕܥܠܡܐ fundationes mundi, *Matt.* 13: 35. ܬܫܕܝܬܗ ܕܥܠܡܐ fundationes mundi, *Matt.* 25: 34. *Joh.* 17: 24. *Rom.* 1: 20. *Eph.* 1: 4. 1 *Petr.* 1: 20. *Apoc.* 13: 8. 17: 8.

ܪܡܙ *m.* Annuit, innuit, indicavit, deſignavit *aliquid oculis, manibus, pedibus. Chald.* רְמַז *Arab.* رمز רְמַז idem *quod Chald.* & *Syr.* Indicium fecit *motis labiis, ſuperciliis, linguâ, manu.* Innuit, *Joh.* 13: 24. ܪܡܙܘ *m* innuerunt, *Luc.* 1: 62. 5: 7. *Benoni* ܪܡܙ *m.* annuens, *c.* 1: 22. *Infinit.* ܗܘܐ ܪܡܙ ܡܪܡܙ *ab verb.* annuere annuens erat, *i. e.*, admodùm annuebat, *ibid. vide Baxt. Theſ. lib.* 2. *cap.* 16. *Reg.* 2. & *Glaſ. philol. ſ. lib.* 3. *tract.* 3. *can.* 37.

* رمح רְמַח *Arab.* Confodit haſtâ. Splenduit *fulmen.*

ܪܘܡܚܐ *f. emph.* Spiculum, lancea, haſta, rumex. *Hebr.* רֹמַח, *Chald. emph.* רֻמְחָא, *Arab.* رمح, *Æth.* ረምሕ : רמח· Lancea, *Luc.* 2: 35; *Gr.* ῥομφαία.

ܪܡܠ *m.* In viduitate fuit. ܐܪܡܠܬܐ vidua, *emph.* ܐܪܡܠܬܐ: *Schindl. Vide & ſupra pag.* 46.

ܬܪܡܠܐ *m. emph.* Pera, ſaccus, *in quo paſtores & viatores cibum geſtant. Chald.* תַּרְמַל תַּרְמִיל, *emph.* תַּרְמִילָא. Saccus viatorius, *Mat.* 10: 10. *Marc.* 6: 8. *Luc.* 9: 3. *Plur. emph.* ܬܪܡܠܐ *Luc.* 10: 4. 22: 35.

ܪܡܫ *m.* Adveſperavit. *Ethpeel* ܐܬܪܡܫ Idem. *Chald. Paël* רַמֵּשׁ Veſperavit, ad veſperam uſque commoratus eſt.

ܪܡܫ *m.* Veſper, veſpera. *Chald.* רְמַשׁ· *Emph.* ܪܡܫܐ, & *Chald.* רַמְשָׁא· Matt. 8: 16. 14: 15. 16: 2. 20: 8. 26: 20. 27: 57. 28: 1; *ad explicationem hujus loci vide Lex. Paſor. in voce* ὀψὲ, *Leuſd. philol. Hebræo-mixt. Diſſert.* 33. *ſect.* 3, & *Poli Synopſin.* [*Cum præfixo Beth* veſperè, *Marc.* 1: 32. 4: 35.] *Marc.* 6: 47. 11: 11. 19. [*Cum præfixo Beth* veſperè, *Marc.* 13: 35.] 14: 17. 15: 42. *Joh.* 6: 16. 20: 19. *Act.* 4: 3. 28: 23.

ܪܢܐ *m.* Cogitavit, meditatus eſt, conſideravit, putavit, exiſtimavit, arbitratus eſt, judicavit: curavit, ſollicitus fuit. ܪܢܝ *f.* meditatæ ſunt, *Act.* 4: 25. *Benoni* ܪܢܐ *m.* cogitans, *Marc.* 8: 33. *Act.* 10: 19. Putans, exiſtimans, 2 *Cor.* 11: 5. Judicans, *Phil.* 3: 13.
Fœm. ܪܢܝܐ cogitans, curans, ſollicita eſt, 1 *Cor.* 7: 34. *Plur. maſc.* ܪܢܝܢ meditantes, *Act.* 27: 39. Cogitantes, ſolliciti, 1 *Cor.* 7: 35. ܪܢܝܢܢ cogitemus, 2 *Cor.* 5: 14. Meditamur, *Eph.* 3: 20; *ex* ܪܢܝܢ cogitantes, meditantes & ܚܢܢ nos *vel* ſumus *compoſitum.*

Futur. ܬܪܢܘܢ *m.* meditemini, Marc. 13: 11.

ܪܢܝܐ *m. emph.* Cogitatio, meditatio: cura, ſollicitudo, Matt. 13: 22. *Marc.* 4: 19.

ܪܣܣ ܪܣ *m.* Aſperſit, conſperſit. *Hebr.* רָסַס *Arab.* رش רַשׁ. Aſperſit, *Hebr.* 9: 19. 21. *Peïl* ܪܣܝܣܝܢ *m.* aſperſi, *cap.* 10: 22. *Ethpeel* ܐܬܪܣܣ *m.* Aſperſus, conſperſus fuit. *Partic.* ܡܬܪܣܣ ܗܘܐ *m.* aſpergebatur, *Hebr.* 9: 13.

ܪܣܣ *m.* Aſperſio. *Emph.* ܪܣܣܐ. *Conſtr.* ܪܣܣ ܕܕܡܐ aſperſio ſanguinis, *Hebr.* 11: 28. 12: 24. 1 *Petr.* 1: 2.

ܪܥܐ *m.* Pavit ſe, *vel* alios. [*hinc* Rego, *altern.* ܥ & *G.*] *Complectitur omnia boni paſtoris officia*, educere oves, gregem, regere, tueri, alere, potare. *Hebr.* רָעָה *Chald.* רְעָה [*Chaldæum verbum etiam ſignificat*, voluit, benevoluit, cupivit, benevolus fuit, gratum, acceptum fuit *ſ.* habuit, acquievit, delectatus eſt: *itaque reſpondet partim Hebr.* רָעָה *partim* רָצָה] *Arab.* رعى רְעִי *tertiâ radicali quieſcente.* *Benoni* ܪܥܐ *m.* paſcens *gregem*, *Luc.* 17: 7. 1 *Cor.* 9: 7. *Emph.* ܪܥܝܐ Paſtor. *in nomen degenerat.* Matt. 9: 36. 25: 32. 26: 31. *Marc.* 6: 34. 14: 27. *Joh.* 10: 2. 11, *bis.* 12. 14. 16. *Hebr.* 13: 20. 1 *Petr.* 2: 25.
Fœm. ܪܥܝܬܐ *grex* paſcens, Matt. 8: 30. Marc. 5: 11. *Luc.* 8: 32.
Plur. maſc. ܪܥܝܢ paſcentes *gregem*, Mat. 8: 33. Marc. 5: 14. *Seipſos*, *Jud. v.* 12. *Habet plur: maſc. emph. anomalum terminationis fœmininæ*, ܪܥܘܬܐ Paſtores, *quod in nomen tranſit. ut ſingulare maſc. emph.* *Luc.* 2: 8. 18. 20. 8: 34. *Eph.* 4: 11. 1 *Petr.* 5: 4. *Simile exemplum eſt ſupra pag.* 37.
Infinit. ܠܡܪܥܐ ad paſcendum, *Luc.* 15: 15. ܕܥܬܝܕ ܠܡܪܥܐ qui paſturus eſſet, *Apoc.* 12: 5. *Imperat.* ܪܥܝ *m.* paſce *agnos*, *Joh.* 21: 15. *Oves*, *verſſ.* 16. 17. ܪܥܘ *m.* paſcite *gregem*, 1 *Petr.* 5: 2. *Futur.* ܢܪܥܐ *m.* paſcet *populos*, *Apoc.* 2: 27. 7: 17. 19: 15. ܢܪܥܝܘܗܝ paſcet eum, *Matt.* 2: 6; *affixum* ποιμανεῖ.
Ethpeel ܐܬܪܥܝ *m.* Suſpectus fuit *alicui.*
Paël ܪܥܝ *m.* Satisfecit, placavit, reconciliavit, 2 *Cor.* 5: 19. *Eph.* 2: 16. ܪܥܝܢ reconciliavit nos, 2 *Cor.* 5: 18. *Infinit.* ܠܡܪܥܝܘ reconciliare, *Col.* 1: 20.

Ethpaal

Ethpaal ܐܬܪܥܝ *m.* Cogitavit, ratiocinatus, meditatus, machinatus, arbitratus eſt, exiſtimavit, opinatus eſt, putavit, reputavit, ſapiit, ſenſit, conſenſit, decrevit, ſtatuit: placatus, reconciliatus eſt, propitiationem fecit, in gratiam rediit. Cogitavit, M*att.* 1: 19. 20. Reconciliatus eſt, *Rom.* 5: 10. Cogitavit, *Hebr.* 11: 19. ܐܬܪܥܝܬ *c.* cogitavi, 2 *Cor.* 1: 17, *bis.* ܐܬܪܥܝܘ *m.* machinati ſunt, *Joh.* 12: 10; *vide hîc var. Lect.*

Partic. ܡܬܪܥܝܢܐ *m.* cogitans, M*at.* 16: 23. *Luc.* 14: 31. Exiſtimans, *Rom.* 8: 18. Cogitans, *cap.* 14: 6, *quater.* 1 *Cor.* 13: 5. Sentiens, *v.* 11. Cogitans, 2 *Cor.* 1: 17. 10: 2.

Plur. ܡܬܪܥܝܢܝܢ *m.* reputantes, M*at.* 16: 7. Cogitantes, *cap.* 21: 25. Ratiocinantes, *Marc.* 2: 6. 8, *bis.* Cogitantes, *Rom.* 12: 3. 16. Sentientes, *Phil.* 3: 15.

ܡܬܪܥܝܢܢ arbitramur, *Rom.* 3: 28; *ex* ܡܬܪܥܝܢܝܢ arbitrantes & ܚܢܢ nos *vel* ſumus *compoſitum.* ܡܬܪܥܝܢܝܬܘܢ ſentiatis, *Gal.* 5: 10; *conſtat ex* ܡܬܪܥܝܢܝܢ ſentientes & ܐܢܬܘܢ vos *vel* ſitis.

Infinit. ܠܡܬܪܥܝܘ ſentire, *Phil.* 1: 7. *Imperat.* ܐܬܪܥܝܐ reconciliare, M*att.* 5: 24. ܐܬܪܥܘ *m.* reconciliamini, 2 *Cor.* 5: 20. Sentite, *Phil.* 2: 5. Cogitate, *cap.* 4: 8. *Col.* 3: 2.

Futur. ܢܬܪܥܐ *m.* cogitet, 2 *Cor.* 10: 11. 12: 6. ܬܬܪܥܐ *f.* reconcilietur, 1 *Cor.* 7: 11. ܢܬܪܥܘܢ *m.* ſentiant, *Phil.* 3: 15. ܬܬܪܥܘܢ *m.* cogitetis, *Rom.* 12: 3. 16. 1 *Cor.* 4: 6. ܢܬܪܥܐ *c.* cogitemus, 2 *Cor.* 3: 5.

ܪܥܝܐ *f.* Paſcuum. C*hald.* רִעְיָא. *Joh.* 10: 9.

ܪܥܝܢ *m.* Mens, animus, cogitatio, ſenſus, ſuſpicio, opinio, ſententia, ratio, conſcientia, voluntas, benevolentia, beneplacitum. C*hald.* רְעְיוֹן. Mens, *Act.* 4: 32. *Rom.* 15: 6. *Emph.* ܪܥܝܢܐ, C*hald.* רַעְיוֹנָא. Cogitatio, M*arc.* 12: 33. Ratio, mens, *Luc.* 11: 40. 12: 20. 24: 25. *Rom.* 1: 30. 2: 20. Cogitatio, *cap.* 12: 16. Sententia, 1 *Cor.* 1: 10. Mens, *cap.* 2: 16. Mens, ratio, 2 *Cor.* 11: 19. 21. 23. 12: 11. *Gal.* 3: 1. Mens, *Eph.* 4: 23. Mens, ratio, *cap.* 5: 17. Cogitatio, *Phil.* 2: 2. Animus, *v.* 3. Mens, *cap.* 4: 2. *Col.* 2: 18. 3: 12. Suſpicio, 1 *Tim.* 6: 4. Mens, ratio, *Tit.* 3: 3. Cogitatio, 1 *Petr.* 4: 1. Animus, *cap.* 5: 5.

C*onſtr.* ܪܥܝܢ ܢܦܫܐ voluntas animæ ſuæ, *i.e.*, ſui ipſius, J*oh.* 16: 13. Cogitatio animæ, *Rom.* 11: 25. Voluntas animæ, *Tit.* 1: 7.

ܪܥܝܢܗ mens ſua, J*oh.* 7: 18. Ejus, *Rom.* 11: 34. 1 C*or.* 2: 16;

in hoc & præcedenti loco affixum πλεονάζει. Sua, *cap.* 7: 37. 9: 25. Animus ſuus, 2 *Cor.* 9: 7. Mens ſua, 1 *Tim.* 3: 2. Animus ſuus, *Jacob.* 1: 8.

ܪܥܝܢܟ cogitatio tua, *Matt.* 22: 37. *Marc.* 12: 30. *Luc.* 10: 27. Mens tua, *Act.* 10: 20. *Rom.* 11: 20. 1 *Tim.* 5: 21. ܪܥܝܢܝ mens mea, *Rom.* 7: 21. 23. 26. Conſcientia mea, *cap.* 9: 1. Sententia mea, 1 *Cor.* 7: 40. ܪܥܝܢܗܘܢ mens eorum *vel* ſua. *Luc.* 24: 45. *Eph.* 4: 17. 1 *Tim.* 6: 5. 2 *Tim.* 3: 8; *in hoc & antecedenti loco affixum eſt pleonaſticum.* *Tit.* 1: 15. ܪܥܝܢܗܝܢ mens earum, 1 *Tim.* 3: 11. ܪܥܝܢܟܘܢ mens veſtra, *Luc.* 12: 29. Animus veſter, 2 *Cor.* 9: 2. Mens veſtra, *Hebr.* 13: 5. 2 *Petr.* 3: 1. ܪܥܝܢܢ conſcientia noſtra, 2 *Cor.* 1: 12. Mens noſtra, 1 *Theſ.* 5: 8.

Plur. ܪܥܝܢܝܢ. *Emph.* ܪܥܝܢܐ mentes, 1 *Cor.* 15: 33. Conſcientiæ, 2 *Cor.* 4: 2. *Tit.* 1: 10. ܪ̈ܥܝܢܝܗܘܢ mentes ipſorum *vel* ſuæ, 1 *Tim.* 6: 17. *Tit.* 2: 2. ܪ̈ܥܝܢܝܟܘܢ mentes veſtræ, *Rom.* 12: 2. 1 *Cor.* 14: 20. 2 *Cor.* 11: 3. *Col.* 1: 21. 2 *Theſ.* 2: 2.

ܡܪܥܝܬܐ *f. emph.* Grex: paſcuum. Grex, *Act.* 20: 28. 29. *Hebr.* 13: 20. 1 *Petr.* 5: 2. 3. ܡܪܥܝܬܗ grex ſuus, 1 *Cor.* 9: 7. Paſcuum ejus, *Pſal.* 95: 7. *Plur. cum aff.* ܡܪ̈ܥܝܬܗܘܢ greges ſui, *Luc.* 2: 8.

ܬܪܥܘܬܐ *f. emph.* Satisfactio, reconciliatio, *Rom.* 5: 11. 11: 15. 2 *Cor.* 5: 18. 19. ܬܪܥܘܬܗ reconciliatio ejus, *Rom.* 5: 10.

ܬܪܥܝܬܐ *f. emph.* *Idem quod* ܪܥܝܢܐ. *Chald.* תַּרְעִיתָא. Cogitatio, *Luc.* 1: 51. *Rom.* 8: 6, *bis.* 7. Intentio, *v.* 27. Mens, 1 *Cor.* 1: 10. Intelligentia, *v.* 19. Conſilium, *Eph.* 1: 11. Mens, *Phil.* 2: 2. Voluntas, *Hebr.* 4: 12.

ܬܪܥܝܬܢ cogitatio noſtra, *Eph.* 2: 3. ܕܬܪܥܝܬܗܘܢ *quorum* cogitatio, *Phil.* 3: 19; *hic in textu præfixum eſt relativum dolath in caſu obliquo, ideoque affixum pro more eſt pleonaſticum*: *conf. Glaſ. philol. ſ. lib.* 3. *tract.* 2. *Can.* 26. *num.* 3.

Plur. ܬܪ̈ܥܝܢ ratiocinationes, 2 *Cor.* 10: 5. ܬܪ̈ܥܝܬܟܘܢ mentes veſtræ, 1 *Petr.* 1: 13.

ܪܥܠ *m.* Tremuit, contremuit, nutavit, labaſcere. *Hebr.* רָעַל, *Chald.* רְעֵל. *Benoni plur. maſc.* ܪܥܠܝܢ contremiſcentes, *Jac.* 2: 19. *Plur. fœm. emph.* ܪ̈ܥܠܬܐ nutantia, labantia *genua*, *Hebr.* 12: 12.

ܪܥܡ *m.* Strepuit, *quemvis ſtrepitum notat: per ſynecdochen, ſtrepitum in nubibus*, tonuit, intonuit: fremuit. *Hebr.* רָעַם, *Chald.* רְעַם. *De notione hujus verbi vide Vorſt. de Hebraiſmis N. T.* *pag.*

pag. 57, *parte poſteriori.* Chald. *Ithpeel* אִתְּרְעֵם & *Ithpaal* אִתְרַעַם Murmuravit, conqueſtus eſt, obſtrepuit, tumultuatus eſt.

ܪܥܡܐ *m. emph.* Tonitru. *Hebr.* רַעַם, *Chald.* רְעֵם, *emph.* רַעֲמָא: *Marc.* 3: 17. *Joh.* 12: 29. *Apoc.* 6: 1. 14: 2. *Plur. emph.* ܪ̈ܥܡܐ tonitrua, *Apoc.* 4: 5. 8: 5. 10: 3. 4, *bis.* 11: 15. 19. 16: 18. 19: 6.

ܪܘܥܡܐ Murmur, murmuratio, querela, *idem quod* Chald. תּוּרְעֲמָא תּוּרְעַמְתָּא. *Col.* 3: 13.

ܪܥ ܪܥܥ *m.* Fregit, confregit, contrivit, quaſſavit, conquaſſavit. *Hebr.* רָעַע, *Chald.* רְעַע, *ab Hebr.* רָצַץ, *literis Tzadhe & Ain permutatis.* *Peïl maſc. emph.* ܪܥܝܥܐ quaſſata *arundo*, *Matt.* 12: 20.

Ethpeel ܐܬܪܥܥ *m.* Sciſſus, vulneratus, confractus eſt. *Futur.* ܢܬܪܥܥ *m.* confringetur, *Matt.* 21: 44.

* רְעַת *m.* Chald. Confregit, conquaſſavit. *Convenit cum* Chald. רְעַץ, *Tzadhe & Thav inter ſe permutatis*; *vel cum Hebr.* רָעַשׁ. *Aphel* ܐܪܥܬ *m.* Diſcerpſit, laceravit, quaſſavit, conquaſſavit. Spumavit, *Caſtellus.* *Partic. præſ.* ܡܪܥܬ *m. Trem. & Troſt. vertunt* lacerans, *Reg. & Pariſ. min.* diſcerpens; *Pariſ. maj. & Angl.* ſpumans, *Marc.* 9: 18; *Gr.* ἀφρίζων. *Similiter, v.* 20. & *Luc.* 9: 39; *in hoc poſtremo loco Græcus textus habet* μετὰ ἀφροῦ.

ܪܘܥܬܐ *m. emph.* Spuma. ܪܘܥܬܗ ſpuma ſua, *Jud. v.* 13. Plur. *emph.* ܪ̈ܘܥܬܐ. *Spumæ ſunt tres cauſæ*, 1 *ex commotione maris*, 2 *ex commotione mutua*, 3 *ex calore, quæ omnium eſt fortiſſima: Caſtellus in Lex. ſuo Col.* 3552. *ex Bar. Bahlul.*

* רָפָה *m. Hebr.* Remiſit; dimiſſus, remiſſus, diſſolutus, laxus, debilis fuit, defecit. Peïl ܪܦܐ *m.* remiſſus, *Hebr.* 12: 16.

Paël ܪܦܝ *m.* Laxavit. Partic. *præſ.* ܡܪܦܐ *m. Job.* 12: 21.

Ethpaal ܐܬܪܦܝ *m.* Remiſſus fuit *vel* redditus eſt. *Futur.* ܬܬܪܦܐ *f.* remiſſus reddatur *animus*, *Hebr.* 12: 3. 5.

Aphel ܐܪܦܝ *m.* Remiſit, dimiſit, laxavit, ſivit, permiſit, ܐܪܦܝܘ *m.* laxaverunt, *Act.* 27: 40. *Futur.* ܢܪܦܝܟܘܢ *m.* ſinet vos, 1 *Cor.* 10: 13. ܐܪܦܐ *c.* remittam, *Hebr.* 13: 5.

ܪܦܦ Tremuit, *Crineſius.* Piël רִפֵּף & רוֹפֵף Commovit, motitavit, agitavit, concuſſit, *idem quod* רוּף. *Piël quadratum*

רִפְרֵף Nictavit, motitavit, palpebras oculorum vel alas, & nictu vel motu tali aliquid certi innuit vel conatus eſt. *Hinc* רִפְרוּף Ictus, nictus, nictatio, *oculi* motitatio. *Buxt. Lex. Talm.*

ܪܦܦܐ *m.* Idem *quod præcedens Chald.* רִפְרוּף. *Conſtr.* ܪܦܦ ܥܝܢܐ ictus oculi, 1 *Cor.* 15: 52; *Gr.* ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ.

* רפש ܪܦܫܐ *m. emph.* Pala, vannus, ventilabrum. *Arab.* رفش. רַפְשָׁן. *Matt.* 3: 12. *Luc.* 3: 17.

ܪܦܬ *m.* Corroſus, exeſus eſt. *Arab.* رفت רְפַת fregit, comminuit; fractus, comminutus eſt. Exeſus eſt *vermibus*, *Act.* 12: 23. *vide notas Tremel. & Junii.*

ܪܨܦ *m.* Stravit, ordinavit. *Hebr.* רָצַף, *Chald.* רְצַף, *Arab.* رصف.

ܪܨܝܦܬܐ *a.* ܪܨܦܬܐ *f. emph.* Podolium, pavimentum, *Joh.* 19: 13; *vide var. Lect.*

ܪܩܐ Raka, *vide in* ܪܝܩ

* רָקַד *Hebr.* Saliit, ſubſiliit, ſaltavit, exultavit *præ lætitia*; *Gr.* σκιρτάω. Piël *Hebr.* רִקֵּד, Paël *Chald.* רַקֵּד & *Syr.* ܪܩܕ *m.* Idem. ܪܩܕܬ *f.* ſaltavit, *Mat.* 14:6. *Marc.* 6: 22. ܪܩܕܬܘܢ *m.* ſaltaſtis, *Mat.* 11: 17. *Luc.* 7: 32.

Aphel ܐܪܩܕ *m.* Planxit. *Significatio contraria* τῷ Paël. ܐܪܩܕܬܘܢ *m.* planxiſtis, *Mat.* 11: 17. *Luc.* 7: 32. *Partic. præſ. plur. maſc.* ܡܪܩܕܝܢ plangentes, *Luc.* 8: 52. *Plur. fœm.* ܡܪܩܕܢ ܗܘܝ plangebant, *cap.* 23: 27. *Futur.* ܢܪܩܕܘܢ *m.* plangent, *Apoc.* 18: 9. ܢܪܩܕܢ *f.* plangent, *Matt.* 24: 30. *Apoc.* 1: 7.

ܪܩܥ *m.* Firmavit, ſtabilivit, conſtrinxit, compreſſit: *a.* Expandit. *Hebr.* רָקַע Expandit, *ſic ferè Neoterici omnes, inter Veteres autem ſunt* [& *in his LXX*] *qui ne ſemel ita vertunt, ſed potiùs* Ordinavit, continuavit, firmavit; percuſſit, plauſit. *Chald.* רְקַע Reſarcivit, aſſuit, aſſuto fruſto rupturam refecit, *Arab.* رقع רַקַע Idem. Peïl *fœm. emph.* ܪܩܝܥܬܐ compreſſa, *a.* expanſa menſura, *Luc.* 6: 38; *Gr.* μέτρον πεπιεσμένον.

ܪܩܝܥܐ

ܪܘܩܥܐ *m. emph.* Pannus obſoletus, fruſtum. *Plur. emph.* ܪܘܩܥܐ fruſta, *Act.* 19: 12.

ܐܪܩܥܬܐ *f. emph.* Fruſtum panni, panniculus, aſſumentum, *quod veſtimento trito inditur ad ſciſſuram explendam, quòd eidem quaſi infarciatur, ſeu inculcetur. Mat.* 9: 16. *Marc.* 2: 21. *Luc.* 5: 36.

ܪܩ ܪܩܩ *m.* Spuit, conſpuit, deſpuit, exſpuit, inſpuit. *Hebr.* רקק & יָרַק, *Chald.* רְקַק Spuit, *Mar.* 7: 33. 8: 23. *Joh.* 9: 6. ܪܩܘ *m.* exſpuerunt, *Mat.* 26: 67. Conſpuerunt, *c.* 27: 30. *Benoni plur. maſc.* ܪܩܝܢ exſpuere, *Mar.* 14: 65; *participium pro infinitivo: vide Gram. Harm. de Dieu pag.* 416. Conſpuentes, *cap.* 15: 19. *Futur.* ܢܪܩܘܢ *m.* conſpuent, *Marc.* 10: 34. *Luc.* 18: 32.

ܪܩܐ Ρακὰ Raka, ſputatilicus, levis, abjectus, vilis, contemptus, *Matt.* 5: 22; *Tremel.* & Hutt. *legunt* רֵקָא, *Gutb.* ܪܩܐ, ב *pro* ם *poſito*, *cæteri punctati codices omnes* ܪܩܐ רַקָּא, *non punctati* רקא. *Scribitur etiam* ܪܘܩܐ & ܪܩܐ, *juxta Caſtellum. Apud veteres Babylonios* רֵיקָא [*à* רוק *in Aphel* אֲרִיק evacuavit, *Hebr. Hiphil* הֵרִיק idem.] *vox convitii erat pro* Stulto, fatuo, vacuo *judicio, ratione & cerebro: hinc quidam deducunt* ܪܩܐ. *Prolixæ ſunt de hac voce virorum Doctorum explicationes: vide ſis Notas Bezæ, Tremel. item & Junii, Angelum Canin. de locis N. T. cap.* 7. *Druſium ad voces Hebraicas N. T. Franzii Tractatum de interpretatione ſcripturæ pag.* 1234 *& ſeq. Buxt. Lex. Talm. Col.* 2254. *& præfat. Gram. Syr. Amiræ.*

ܪܘܩܐ *m. emph.* Sputum, ſaliva. *Hebr.* רק, *Chald.* רוק, *emph.* רֻקָּא & רוק, *emph.* רוּקָא *à* רק רוק *idem quod* רקק. ܪܘܩܗ ſputum ſuum, *Joh.* 9: 7.

ܪܫܐ *m.* Reprehendit, objurgavit; queſtus, conqueſtus eſt, arguit, culpavit, accuſavit. *Chald.* רְשָׁה fœnore dedit & accepit. *Benoni* ܪܫܐ *m.* arguens, *Rom.* 9: 19. Culpans, *Hebr.* 8: 8. ܪܫܝܢ *m.* accuſantes, *Act.* 23: 28. 29.

Ethpeel ܐܬܪܫܝ *m. Paſſiv. praced.* *Partic.* ܡܬܪܫܐ *m.* accuſatur, *Act.* 25: 16. ܐܢܐ ܡܬܪܫܐ accuſor, *cap.* 26: 2. *Futur.* ܢܬܪܫܐ *c.* accuſemur, *c.* 19: 40. *Aphel* ܐܪܫܝ *m.* Incepit, inchoavit. Reprehendit, objurgavit, culpavit. Fœneratus eſt *gratiam. Partic. præſ.* ܡܪܫܝܢ *m.* accuſantes, *Luc.* 23: 14. *Futur.* ܕܢܪܫܐ ܛܝܒܘܬܐ fœnorari gratiam, beneficentiam, *Act.* 25: 9; *futurum cum præfixo dolath loco infinitivi.*

ܪܫܝܢ *m.* Reprehenſio, objurgatio, accuſatio, criminatio, crimen, culpa, querela. ܕܠܐ ܪܫܝܢ ſine crimine, culpâ, irreprehenſibilis, inculpabilis. 1 *Cor.* 1: 8. *Phil.* 3: 6. *Col.* 1: 22. 1 *Theſ.* 2: 10. 3: 13. 5: 23. 1 *Tim.* 3: 10. 5: 7. *Tit.* 1: 6. 7. *Hebr.* 8: 7.
Emph. ܪܫܝܢܐ culpa, *Act.* 25: 18. 28: 18. *Plur. emph.* ܪܫܝܢ̈ܐ criminationes, *Act.* 25: 7; *vide hîc var. Lect.*

ܪܫܡ *m.* Signavit, conſignavit, deſignavit, obſignavit, præſignavit, exaravit, conſcripſit, deſcripſit, notavit, impreſſit, conſtituit, prædeſtinavit. *Hebr.* רָשַׁם, *Chald.* רְשַׁם, *Arab.* رَشَمَ רְשַׁם; ܩܕܡ ܪܫܡ priùs deſignavit, prædefinivit, *Act.* 4: 28. ܪܫܡ obſignavit, *Rom.* 8: 29. ܩܕܡ ܪܫܡܢ præſignavit nos, *Eph.* 1: 4. 11. *Ethpeel* ܐܬܪܫܡ *m.* *Paſſiv. præced.* *Chald.* אִתְרְשִׁם Idem. Deſignatum fuit, *Sever. Rit. pag.* 19. *Paël Chald.* רַשֵּׁם idem *quod Peal.* *Ethpaal* ܐܬܪܫܡ *m.* Idem *quod Ethpeel.* ܐܬܪܫܡܬ *f.* deſignatum fuit *miniſterium*, 2 Cor. 3: 7. *Partic.* ܡܬܪܫܡ *m.* ſignatur, *Sever. Rit. pag.* 66. *Futur.* ܢܬܪܫܡ *m.* imprimatur, *ibid. pag.* 19.

ܪܘܫܡ *m.* Nota, ſignum, ſigillum, ſignaculum, ſignatura, character. *Chald.* רוּשַׁם. *Emph.* ܪܘܫܡܐ, *Chald.* רְשָׁמָא רְשְׁמָא. Character, *Apoc.* 13: 16. 17. 14: 9. 16: 2. 19: 20. 20: 4.

* רָשַׁע *Hebr.* Seditioſus, turbulentus, impius, improbus, injuſtus, reus, condemnatus fuit. *Æth.* ረሰዐ : רשׁע & ረስዐ : רשׁא oblitus eſt. *Chald.* *Aphel* אַרְשַׁע Idem *quod Hebr.* רָשַׁע. *Similiter Syr.* *Aphel* ܐܪܫܥ *m.* Peccavit, ſcelus admiſit, iniquitatem fecit, impiè fecit. ܐܪܫܥܘ *m.* impiè fecerunt, *Jud. v.* 15.

ܪܘܫܥܐ *m. emph.* Seditio, injuſtitia, improbitas, impietas. *idem quod* Hebr. רֶשַׁע, & *Chald.* רְשַׁע *emph.* רִשְׁעָא. *Tit.* 2: 12. *Jud. v.* 18. ܪܘܫܥܗܘܢ improbitas eorum, *Rom.* 1: 18. 2 *Tim.* 2: 16. *In priori loco affixum* πλεονάζει.

ܪܫܝܥܐ *m. emph.* Turbulentus, ſeditioſus, injuſtus, impius, improbus, reus. *idem quod* Hebr. רָשָׁע & *Chald.* רַשִׁיעָא, *Æth.* ረሲዕ : רשׁיע improbus. Improbus, 1 *Petr.* 4: 18. *Plur.* ܪ̈ܫܝܥܐ impii, *Jud.*

Jud. v. 15. *Emph.* ܪ̈ܫܝܥܐ improbi, impii, *Act.* 2: 23. *Rom.* 5: 6. 7. 1 *Tim.* 1: 9. 2 *Tim.* 3: 2. 2 *Petr.* 2: 5. 6. 3: 7. *Jud. verſſ.* 4. 15.

ܪܬܐ *m.* Inceſſit, *Schindl. Aphel* ܐܪܬܝ *m.* Viam monſtravit, deduxit, direxit: *metaphoricè*, correxit, docuit, inſtituit, erudivit, monuit, admonuit, præmonuit, prædicavit. *Videtur convenientiam habere cum* ܪܕܐ. *Partic. præſ.* ܡܪܬܐ *m.* admonens, *Act.* 20: 31. Erudiens, 1 *Cor.* 4: 14. Admonens, *Tit.* 3: 10. *Plur.* ܡܪܬܝܢ *m.* corrigentes, 2 *Theſ.* 3: 15. *Infinit.* ܠܡܪܬܝܘ erudire, *Rom.* 15: 14. *Futur.* ܢܪܬܝܢܢܝ erudiverit me, *Act.* 8: 31.

ܡܪܬܝܢܐ *m. emph.* Admonitor. *Nomen ex Participio præſenti Aphel formatum.*

ܡܪܬܝܢܘܬܐ *f. emph.* Admonitio, concio, inſtitutio, 2 *Tim.* 1: 7.

ܪܬܚ *m.* Caluit, incaluit, ferbuit, efferbuit, bullivit, ebullivit. & *Chald.* רְתַח idem. *Benoni* ܪܬܚ *m.* fervens, *Act.* 18: 25. *Plur.* ܪܬܚܝܢ *m.* ferventes, *Rom.* 12: 11. *Hebr. Piël* רִתַּח fervefecit. *Paël quadratum* ܫܪܬܚ *m.* Auxit, multiplicavit, adimplevit. *Additâ pro more literâ* ܫ. *Sever Rit. pag.* 161.

ܪܬܚܐ, *Caſtellus* ܪܬܚܐ *m. emph.* Calor, fervor, cupiditas vehemens. *Chald.* רְתַח, *emph.* רִתְחָא. Calor, *Act.* 28: 3.

ܡܫܪܬܚܘܬܐ *f. emph.* Abundantia, exuberantia, copia, *Phil.* 4: 12. *vide hic var. Lect.*

ܪܬ ܪܬܬ *m.* Tremuit, contremuit, *Chald.* רְתַת, *idem quod* רְטַט רְטַט. *Benoni* ܪܐܬ *m.* tremens, *Act.* 16: 29. *Peïl* ܪܬܝܬ *m.* tremens, *cap.* 7: 32. Contremiſcens, *Hebr.* 12: 21. *Fœm.* ܪܬܝܬܐ tremens, *Marc.* 5: 33. ܪܬܝܬܐ *Luc.* 8: 47.

ܪܬܝܬܐ *m. emph.* Tremor. *Hebr.* רֶתֶת, *idem quod* רֶטֶט: *Chald.* רְתִיתָא. *Marc.* 16: 8. 1 *Cor.* 2: 3. 2 *Cor.* 7: 15. *Eph.* 6: 5. *Phil.* 2: 12.

ܫܐ

* ܫܐܪ שאר *vide* שור.

ܫܐܠ *m.* Petiit, expetiit, rogavit, interrogavit, quæſivit, inquiſivit, poſtulavit *quippiam ab aliquo. Hebr.* שָׁאַל, *Chald.* שְׁאֵל שְׁיֵל, *Sam.* שאל, *Arab.* سَأَلَ שְׁאַל, *Æth.* ሰአለ : שאל. ܫܐܠ ܫܠܡܐ *vel* ܒܫܠܡܐ quæſivit, inquiſivit, interrogavit de pace, ſalute, *i.e.*, ſalutavit: petiit *panem, i. e.*, mendicavit. ܫܐܠ Petiit, *Matt.* 27: 58. *Marc.* 15: 43. *Luc.* 1: 63. 23: 52. *Act.* 7: 46. 9: 2. Interrogavit *de pace filiorum Eccleſiæ, i.e.*, ſalutavit *Eccleſiam, Act.* 18: 22; *conf. Pſalm.* 122: 6.

ܫܐܠܗ interrogavit eum, *Mat.* 22: 35. 27: 11. *Marc.* 5: 9. 8: 23. 10: 28. 14: 60; *affixum hoc in loco* πλεονάζει. *v.* 61. 15: 2. 4. 44. *Luc.* 8: 30. 13: 23. 15: 26. 18: 40. 23: 3. *Joh.* 18: 19; *hic affixum abundat. Act.* 7: 1.

ܫܐܠܬ ܫܠܡܗ ſalutavit eam, *Luc.* 1: 40; *affixum hic eſt pleonaſticum.* ܫܐܠܬ *m.* poſtulaſti, *Hebr.* 10: 6. ܫܐܠܘ *m.* interrogarunt *de pace ejus*, ſalutarunt eum, *Marc.* 9: 15. Petierunt, *Luc.* 23: 25. *Act.* 12: 20. 13: 21. 28.

ܫܐܠܘܗܝ interrogarunt eum, *Matt.* 17: 10. 22: 23. *Marc.* 4: 10. 7: 5. 17. 9: 28. 10: 10. 12: 14. 13: 3. *Luc.* 8: 9. 17: 20; *affixum hic* πλεονάζει. *Cap.* 20: 21. 27. *Joh.* 1: 21. 25. 5: 12. 9: 2. 15. *Act.* 1: 6.

ܫܐܠܘܢܢܝ interrogaſſent me, *Act.* 28: 18. ܫܐܠܬܘܢ *m.* petiiſtis, *Joh.* 16: 24. *Act.* 3: 14. ܫܐܠܢ *c.* petivimus, 1 *Joh.* 5: 15.

Benoni ܫܐܠ *m.* petens, *Matt.* 5: 42. 7: 8. *Luc.* 6: 30. 11: 10. 22: 31. *Joh.* 4: 9. *Eleemoſynam, Act.* 3: 2. 10. Interrogans *de pace*, ſalutans, *Rom.* 16: 22. 23, *bis. Col.* 4: 10. 12. 14. 2 *Tim.* 4: 21. *Philem. v.* 23.

ܫܐܠܢܐ peto, *Eph.* 3: 13; *ex* ܫܐܠ petens & ܐܢܐ ego *vel* ſum *compoſitum.* *Fœm.* ܫܐܠܐ petens, *Mat.* 20: 20. ܫܐܠܐ ܫܠܡܟܘܢ ſalutans vos, 1 *Petr.* 5: 13. *Plur. maſc.* ܫܐܠܝܢ petentes, *Matt.* 7: 11. 16: 1. 20: 22. *Marc.* 8: 11. 11: 24. Poſtulantes, *cap.* 15: 6. Petentes, *Luc.* 11: 13. 16. 23: 23. Rogantes, *Act.* 25: 3. Interrogantes *de pace*, ſalutantes, *Rom.* 16: 21. Petentes, 1 *Cor.* 1: 22. Salutantes, *cap.* 16: 19. 20. 2 *Cor.* 13: 12. *Phil.* 4: 21. 22. *Tit.* 3: 15. *Hebr.* 13: 24. Petentes, *Jacob.* 4: 2. 3, *bis.* Salutantes, 2 *Joh. v.* 13. 3 *Joh. v.* 15.

ܫܐܠܝܢܢ poſtulamus, petimus, *Eph.* 3: 20. 1 *Joh.* 3: 22. 5: 14. 15; *ex* ܫܐܠܝܢ poſtulantes, petentes & ܚܢܢ nos *vel* ſumus *compoſitum.* ܫܐܠܝܬܘܢ ܒܫܠܡܐ interrogantes de pace, ſalutantes, *Matt.* 5: 47; *conſtat ex* ܫܐܠܝܢ interrogantes & ܐܢܬܘܢ vos *vel* eſtis. *Plur. fœm.* ܫܐܠܢ.

ܫܳܐܠܺܝܢ ܒܰܫܠܳܡܟ݂ܽܘܢ ܥܺܕ̈ܳܬܳܐ ſalutant vos Eccleſiæ, *Rom.* 16: 16. 1 *Cor.* 16: 19.
Infinit. ܠܡܶܫܐܰܠ petere, *Marc.* 15: 8. Interrogare *de pace*, ſalutare, *v.* 18. Petere, *Joh.* 15: 7. *Col.* 1: 9.
Imperat. ܫܐܰܠ ܒܰܫܠܳܡܳܐ *m.* interroga de pace, ſaluta, *Tit.* 3: 15. ܫܐܰܠ ܫܠܳܡܳܐ roga pacem, ſaluta, 3 *Joh.* *v.* 15. ܫܐܶܠܝ *f.* pete, *Marc.* 6: 22. ܫܐܶܠܘ *m.* petite, *Matt.* 7: 7. Interrogate, *cap.* 10: 11. *De pace*, ſalutate, *v.* 12. Petite, *Luc.* 11: 9. *Joh.* 9: 21. 23; *Vienneſis his duobus in locis habet ex conjug. Peal, Pariſ. & Angl. edit. ex Paël. Cap.* 16: 24. Interrogate *de pace*, ſalutate, *Rom.* 16: 3. 5. 6. 7. 8. 9. 10, *bis.* 11, *bis.* 12, *bis.* 13: 14. 15. 16. 1 *Cor.* 16: 20. 2 *Cor.* 13: 12. *Phil.* 4: 21. *Col.* 4: 15. 1 *Theſ.* 5: 26. *Hebr.* 13: 24. Rogate *pacem*, ſalutate, 1 *Petr.* 5: 14.
Futur. ܢܶܫܐܰܠ *m.* petat, *Jacob.* 1: 6. 1 *Joh.* 5: 16. ܢܶܫܐܠܺܝܘܗܝ rogabit eum, petet ab eo, *Matt.* 7: 9. 10. *Luc.* 11: 11. 12; *cum in primo & tertio loco ſit præfixum relativum dolath in caſu obliquo, affixum ibi pro more eſt pleonaſticum.*
ܬܶܫܐܠܺܝܢ *f.* peteret, *Matt.* 14: 7; *vide hîc var. Lect.* ܬܶܫܐܰܠ *m.* petes, *Joh.* 11: 22. ܬܶܫܐܠܺܝܢܳܢܝ petes à me, *Marc.* 6: 23. ܐܶܫܐܠܺܝܘܗܝ petam ab eo, *Marc.* 6: 24. ܢܶܫܐܠܽܘܢ *m.* petent, *Mat.* 18: 19. Rogarent, *pacem*, ſalutarent, *Act.* 25: 13. ܬܶܫܐܠܽܘܢ *m.* petetis, *Matt.* 21: 22. Interrogabitis *de pace*, ſalutabitis, *Luc.* 10: 4. Petetis, *Joh.* 14: 13. 15: 16. Interrogabitis, *cap.* 16: 23. Petetis, *v.* 26. *De Revozo ad Schin in aliquibus præcedentibus & duabus ſequentibus Futuri perſonis vide Gram. Harm. de Dieu pag.* 205.
ܬܶܫܐܠܽܘܢܳܝܗܝ petatis ipſum, *Matt.* 6: 8. ܬܶܫܐܠܽܘܢܳܢܝ petatis à me, *Joh.* 14: 14. ܢܶܫܐܰܠ *c.* petemus, *Marc.* 10: 35.
Ethpeel ܐܶܫܬ݁ܐܶܠ *m.* Petitus eſt. Abſtinuit, devitavit, ſubduxit ſe, ſubterfugit, effugit, excuſavit ſe, excuſationem attulit, adduxit, detrectavit, receſſit, averſatus eſt. ܐܶܫܬ݁ܐܶܠܶܬ݂ *c.* ſubterfugi, *Act.* 20: 27. ܐܶܫܬ݁ܐܶܠܘ *m.* effugerunt, *Hebr.* 12: 19. 25. *Partic.* ܡܶܫܬ݁ܐܶܠ *m.* excuſationem afferens, adducens, *Luc.* 14: 18. 19. Subducens me, *Act.* 25: 11. *Infinit.* ܠܡܶܫܬ݁ܐܳܠܽܘ ſe excuſare, *Luc.* 14: 18.
Imperat. ܐܶܫܬ݁ܐܰܠ *m.* recede, abſtine, 1 *Tim.* 4: 7. 5: 11. Subducito te, 2 *Tim.* 2: 16. 23. *Tit.* 3: 9. *Caſtellus, & Troſt. hunc imperativum ad Ethpaal referunt; Crineſius* 1 *Tim.* 4: 7 *ad Ethpeel.*
Futur. ܕܠܳܐ ܬܶܫܬ݁ܐܠܽܘܢ ܡܶܢ ܡܰܢ ܕܡܡܰܠܶܠ ne ſubterfugiatis ab eo qui locutus eſt, *Hebr.* 12: 25. ܢܶܫܬ݁ܐܶܠ *c.* ſubterfugerimus, *ibid.*
Paël ܫܰܐܶܠ *m.* Sciſcitatus eſt, interrogavit, percontatus eſt, diligenter inquiſivit. *Mat.* 22: 41. *Mar.* 8: 5. 9: 21. *Luc.* 9: 18. 23: 6.

Joh.4:52. 18:27. ܫܐܠܘ *m.* interrogarunt, *Joh.*9:19. *Act.*10:17. *Rom.*10:20.

Partic. præſ. ܡܫܐܠ *m.* percontans, *Matt.* 2:4. Interrogans, *cap.* 16:13. *Marc.*8:27. 9:16.33. 10:17. *Luc.*2:46. 18:36. 19:31. 23:9. *Joh.*16:5. 18:21. *Act.*10:29. 19:1. 21:33. 23:19.34. 24:8.

Plur. maſc. ܡܫܐܠܝܢ interrogantes, *Matt.* 12:10. *Marc.* 9:11. 10:2. 12:18. *Luc.*3:10.14. 21:7. *Act.*4:7. 10:18.

Infinitivus cum aff. ܠܡܫܐܠܘܗܝ interrogare ipſum, *Matt.* 22:46. *Luc.*20:40. *Joh.*16:19. *Imperat.* ܫܐܠ *m.* interroga, *cap.*18:21. ܫܐܠܘ *m.* interrogate, *cap.*9:21.23. *Futur.* ܢܫܐܠܝܘܗܝ interrogaret eum, *Joh.* 13:24. ܢܫܐܠܟ interroget te, *Joh.* 16:30. ܐܫܐܠܟܘܢ interrogabo vos, *Matt.* 21:24. *Marc.* 11:29. *Luc.* 6:9. 22:68. ܢܫܐܠܘܢܝܗܝ interrogarent eum, *Marc.*9:32. 12:34. *Luc.* 9:45. *Joh.*1:19. 21:12.

Ethpaal ܐܫܬܐܠ *m.* Interrogatus, inquiſitus, inquiſitio facta, habita eſt. Inquiſita fuerit *cauſa*, *Act.*25:26. *Futur.* ܢܫܬܐܠ *m.* inquireretur, *cap.*22:24.

Aphel ܐܫܐܠ *m.* Mutuavit, mutuo dedit, commodavit, commodato dedit petenti. Petiit. *Imperat.* ܐܫܐܠܝܢܝ da mihi mutuo, *Luc.*11:5. *Futur.* ܬܫܐܠ *f.* peteret, Mat. 14:7; *ſic hîc legitur in Vienn. Reg. & Troſt editionibus; ſed in Pariſ. Angl. Gutb. & noſtrâ eſt ex conjug. Peal: vide eam.*

ܫܝܘܠ *c.* Infernus: Sepulchrum. *Sic dicitur à petendo, quod ſemper plures petat. Hebr.* שְׁאוֹל, *Chald.* שְׁאוֹל שְׁיוֹל. Mat.11:23. 16:18. *Luc.*10:15. 16:23. *Act.*2:24, *bis.* 27.31. *Rom.*10:7. 1 *Cor.* 15:55. 1 *Petr.* 3:19. *Apoc.*1:18. 6:8. 20:13.14.

ܫܐܠܬܐ *f.* Petitio, quæſtio, interrogatio, poſtulatio, poſtulatum. *Hebr.* שְׁאֵלָה, *Chald.* שְׁאֵלָא. *Emph.* ܫܐܠܬܐ, *Caſtellus* ܫܐܠܬܐ, *Chald.* שְׁאֵלְתָא. ܫܐܠܬܗܘܢ poſtulatum eorum, *Luc.*23:24. *Plur.* ܫܐܠܢ, *emph.* ܫܐܠܬܐ. ܫܐܠܬܟܘܢ petitiones veſtræ, *Phil.*4:6. ܫܐܠܬܢ petitiones noſtræ, 1 *Joh.*5:15.

* שאן. *Inde Hebr.* שַׁאֲנַן Quievit, requievit, quietus, tranquillus, pacatus fuit: *tertiâ radicis literâ geminatâ. Hinc* ܫܝܢ *m.* Tranquillavit, pacavit, pacificavit, placavit, reconciliavit, in gratiam reduxit. Pacificavit, *Col.*1:20. ܫܝܢܟܘܢ reduxit vos in gratiam, *v.*22.

Ethpaal

Ethpaal ܐܶܫܬܰܠܰܡ *m.* Quievit, requievit, reconciliatus eſt, pacificus fuit. *Imperat.* ܐܶܫܬܰܠܰܡܘ *m.* pacifici eſtote, 1 *Theſ.* 5: 13. *Futur.* ܢܶܫܬܰܠܡܽܘܢ *m.* pacarentur, in gratiam redirent, *Act.* 7: 26.

ܫܠܳܡܳܐ *m. emph.* Tranquilitas, requies, pax. *Matt.* 10: 34, *bis.* *Luc.* 11: 21. 12: 51. Tranquillitas, *Act.* 10: 36. Pax, *c.* 12: 20. *Rom.* 1: 31. 2 *Cor.* 13: 11. *Eph.* 2: 15. Tranquillitas, 1 *Theſ.* 5: 3. Pax, *Jacob.* 3: 18. *Apoc.* 1: 4. 6: 4.

ܫܠܳܡܰܢ pax noſtra, *Eph.* 2: 14.

Plur. emph. ܫܠܳܡ̈ܶܐ; *ita legerim Act.* 24: 3; *hoc in loco Vienn. Regia & Troſt. edit. habent* ܒܣܘܓܐܐ ܕܫܝܢܐ; *Tremel. & Hutt.* בְשַׁנְיָא; *Regia [charact. Chal.]* בְשַׁנְיָא; *Plant. in* 8 *&* 12 *& Pariſ. min.* בשינא; *Pariſ. maj. Angl. Gutb. & noſtra* ܕܫܢ̈ܝܐ: *Tremellius & Troſtius vertunt,* in magnitudine tranquillitatis; *Regia,* in multa *quidem* tranquillitate; P*ariſ. min* in multitudine tranquillitatis; P*ariſ. maj. & Angl.* multis *quidem* annis; *has ego ſecutus ſum: Buxtorfius junior in Lexico Chald. & Syr. vult literas* ܢ *&* ܝ *in hac voce tranſpoſitas eſſe; hunc in modum M. S. Colonienſe, ut in variis meis Lectionibus videri poteſt, legit* בשינא, *quæ Lectio convenit cum textu Græco, qui habet,* πολλῆς εἰρήνης: *quia autem duo puncta, nota numeri pluralis in codicibus Syro charactere excuſis impoſita ſunt, exiſtimarim reſtituendam eſſe formam pluralem emphaticam,* ܒܣܘܓܐܐ ܕܫܠܡ̈ܐ in multitudine tranquillitatum.

ܫܒܳܐ *m.* Captivum cepit, reddidit, duxit, abduxit, tenuit, detinuit, abegit, deportavit, *ex uno loco in alterum. Hebr.* שָׁבָה, *Chald.* שְׁבָה, *Arab.* سبى שבא. *Epheſ.* 4: 8. *Benoni* ܫܳܒܶܐ *m.* captivum reddens, *Rom.* 7: 23. P*lur.* ܫܳܒܶܝܢ *m.* ducentes captivas *mulierculas*, 2 *Tim.* 3: 6. ܫܳܒܶܝܢܰܢ reddimus captivas *ratiocinationes*, 2 *Cor.* 10: 5; *ex* ܫܳܒܶܝܢ reddentes captivas & ܚܢܰܢ nos *vel* ſumus *compoſitum.* P*eïl* ܫܒܶܐ ܗܘܳܐ *m.* captivus detinebatur, *Luc.* 8: 29. *Emph.* ܫܒܝܳܐ captivus, *in nomen degenerat. Col.* 4: 10. P*hilem. v.* 23. *Fœm. emph.* ܫܒܺܝܬܳܐ captiva: captivitas, *Epheſ.* 4: 8. P*lur. maſc. emph.* ܫܒ̈ܝܐ captivi, *Luc.* 4: 18. *Rom.* 16: 7.

Ethpeel ܐܶܫܬܒܺܝ *m.* P*aſſiv. præced. Futur.* ܢܶܫܬܰܒܽܘܢ *m.* captivi ducentur, *Luc.* 21: 24.

ܫܒܝܐ *m. emph.* Captivitas. *Hebr.* שְׁבִי, & *Chald.* שְׁבִי, *emph.* שִׁבְיָא. *Apoc.* 13: 10, *bis.*

ܫܒܩ ܫܒܩ *m.* Demiſit, ſubmiſit; demiſſus eſt, deſcendit. ܫܒܩܘܗܝ demiſerunt eum, *Luc.* 5: 19. *Act.* 9: 25. ܫܒܩܘܗ demiſerunt eum *lectum*, Marc. 2: 4; *affixum hîc* πλεονάζει. ܫܒܩܘܢܝ demiſerunt me, 2 *Cor.* 11: 33. *Benoni* ܡܫܬܒܩ ܗܘܐ *m.* demittebatur, deſcendebat, *Act.* 10: 11. 11: 5.

ܫܒܒܐ *m. emph.* Vicinus. *Chald.* שְׁבָב, *emph.* שְׁבָבָא. *Fœm. emph.* ܫܒܒܬܐ vicina. *Plur. maſc.* ܫܒܒܝܢ, *emph.* ܫܒܒܐ. ܘܠܫܒܒܘܗܝ & vicinos ſuos, *Luc.* 15: 6. ܫܒܒܘܗܝ vicini ejus *m.* *Joh.* 9: 8. ܫܒܒܝܗ vicini ejus *f.* *Luc.* 1: 58. ܫܒܒܝܟ vicini tui, *cap.* 14: 12. ܫܒܒܝܗܘܢ vicini eorum, *c.* 1: 65. *Plur. fœm.* ܫܒܒܢ, *emph.* ܫܒܒܬܐ. ܘܠܫܒܒܬܗ & vicinas ſuas, *cap.* 15: 9. *Juxta punctationem nominis Chaldaici prima radicalis non cum ſchevate ſed cum Revozo efferenda eſſet.*

ܫܒܗܪ *m.* Paël *quadratum* Nitidum, ſplendidum reddidit, illuſtravit, extulit, elevavit, laudavit, glorificavit. *Litera* ܫ, *ad formandum verbum quadratum, pro more aſcita eſt. Radix apud Arabes reperitur,* بَهَرَ בהר Vicit, præſtititve *pulchritudine, decore, virtute,* eminuit perfectione aliquâ: admodum luxit, præcelluit ſplendore *Luna* inter minores ſtellas. *Conjug.* III. Gloriatus fuit. IV. Uſtus fuit meridiani ſolis æſtu. V. Colluxit & ſplenduit *nubes*. *Hinc Arab.* بَاهِر באהרן mirabilis, eminens, magnus. بَهَار Res quævis pulchra & nitens. *Hebr.* בָּהִיר, *Chald.* בְּהִיר ſplendens, ſplendidus, lucidus, candidus; illuſtris, nitidus, albus ut nix, perſpicuus. Partic. *præſ.* ܡܫܒܗܪܝܢ ܢܦܫܗܘܢ *m.* extollentes ſe ipſos, 2 *Cor.* 10: 12.

Ethpaal quadratum ܐܫܬܒܗܪ *m.* Gloriatus, glorificatus, lætatus eſt, glorificavit ſe, ſuperbivit. ܐܫܬܒܗܪܬ *c.* gloriatus ſum, 2 *Cor.* 7: 14. 9: 2. ܐܫܬܒܗܪܢ *c.* gloriati ſumus, *verſſ.* 3. 4. *in priori verſu* Pethocho *literæ Riſch adſcriptum eſt in Vienn. Reg. & Troſt. editionibus; ſed in Pariſ. Angl. Gutb. & noſtra omiſſum eſt: vide Gram. Harm. de Dieu pag.* 195.

Partic.

Partic. ܡܫܬܒܗܪ *m.* glorians, *Rom.* 2: 17. 23. 11: 18. 1 *Cor.* 1: 31. 4: 7. ܡܫܬܒܗܪܝܢ *m.* gloriantes, 2 *Cor.* 5: 12, *bis.* 11: 12. 18. 2 *Theſ.* 1: 4. Jacob. 4: 16. ܡܫܬܒܗܪܝܢܢ gloriamur, *conſtat ex* ܡܫܬܒܗܪܝܢ gloriantes & ܚܢܢ nos *vel* ſumus; *invenitur*, *Rom.* 5: 2. 3. 2 Cor. 10: 13. 15. *Phil.* 3: 3.

Infinit. ܠܡܫܬܒܗܪܘ gloriari, 2 *Cor.* 11: 30. 12: 1.

Futur. ܢܫܬܒܗܪ *m.* gloriabitur, 1 *Cor.* 1: 29. 31. 3: 21. 2 Cor. 10: 16. 17. Jacob. 1: 9. ܬܫܬܒܗܪ *m.* glorieris, *Rom.* 11: 18. ܐܫܬܒܗܪ *c.* gloriabor, 2 *Cor.* 10: 8. 11: 16. 18. 30. 12: 5, *bis.* Gloriari, *v.* 6; *eſt hic futurum cum præfixo dolath, ut ſæpe alibi, loco infinitivi. Gloriabor, v.* 9.

ܕܬܫܬܒܗܪܘܢ gloriari, lætari, Joh. 5: 35; *eſt & hîc futurum cum præfixo ܕ pro infinitivo.* ܢܫܬܒܗܪ *c.* gloriabimur, *Rom.* 5: 11. 2 Cor. 10: 16.

ܫܘܒܗܪܐ *m. emph.* Gloria, gloriatio, ſuperbia, laus, honor, decor. Gloriatio, *Rom.* 3: 27. 4: 2. 15: 17. 1 *Cor.* 9: 16. 2 *Cor.* 7: 4. 9: 3. 4. 11: 10. 17. *Hebr.* 3: 6. Jacob. 4: 16. Superbia, 1 *Joh.* 2: 16.

ܫܘܒܗܪܗ gloriatio ejus, *Gal.* 6: 4. ܫܘܒܗܪܝ gloriatio mea, 1 Cor. 9: 15. 2 Cor. 2: 11. Phil. 2: 16. ܫܘܒܗܪܟܘܢ gloriatio veſtra, 1 Cor. 5: 6. 15: 31. 2 Cor. 1: 14. Phil. 1 26. ܫܘܒܗܪܢ gloriatio noſtra, 2 *Cor.* 1: 12. 7: 14. 8: 24. 1 *Theſ.* 2: 19.

ܫܒܗܪܢܐ ܫܒܗܪܢܐ *m. emph.* Glorioſus, ſuperbus. *Plur. emph.* ܫܒܗܪܢ̈ܐ *Rom.* 1: 30. 2 *Tim.* 3: 2.

ܫܒܗܪܢܘܬܐ ܫܒܗܪܢܘܬܐ *f. emph.* Idem *quod præced.* ܫܘܒܗܪܐ. Superbia, *Marc.* 7: 22.

ܫܒܚ *m.* Paël Laudavit, commendavit, glorificavit, dedit gloriam, gratias egit, laudibus, encomiis celebravit, cecinit, cantavit, decantavit, hymnum cecinit; honeſtavit, cohoneſtavit. *Hebr.* Piël שִׁבַּח, *Chald.* Paël שַׁבַּח, *Sam.* ࠔࠁࠇ שבח, *Arab.* سَبَّحَ שַׁבַּח, *Æth.* ሰበሐ : שבח. Gratias egit, Matt. 15: 36. Glorificavit, *Luc.* 13: 13. Laudavit, *cap.* 16: 8. Glorificavit, *Act.* 3: 13. Gratias ejus, *cap.* 27: 35; *Gr.* ἐυχαρίστησε. Glorificavit, *Rom.* 8: 30. *Hebr.* 5: 5.

ܫܒܚܬ *c.* glorificavi, Joh. 12: 28. ܫܒܚܬܟ glorificavi te, *cap.* 17: 4. ܫܒܚܘ *m.* glorificarunt, Mat. 9: 8. 15: 31. Hymnum cecinerunt, *cap.* 26: 30. *Marc.* 14: 26. *Hymnus iſte in uſu apud Judæos; incepit ſecundum Shammæanos, quos ſequuntur LXX cum Pſalmo* 113. *ſecundum Hillelianos, quibus accedit Syrus. cum Pſalmo* 114.

&

& deſiit cum Pſalmo 118: *vide Paulum Fagium in Deuter.* 8. *In hoc ipſo hymno memorantur hæc quinque*: *Exitus ex Ægypto*, *Sciſſio maris rubri*, *Traditio legis*, *Reſurrectio mortuorum*, *& Dolores Meſſiæ*: *Peſac.* 118. 1. *Hæc Caſtellus.*

Partic. præſ. ܡܫܒܚ *m.* glorificans, *Luc.* 5: 25. 17: 15. 18: 43. *Joh.* 8: 54, *bis.* 12: 28. 13: 32, *bis.* Laudans, *Act.* 3: 8. 9. Glorificans, *cap.* 4: 21. Cohonestans, *Rom.* 11: 13. Laudans, 1 *Cor.* 11: 2. 17. 2 *Cor.* 10: 18.

Plur. maſc. ܡܫܒܚܝܢ glorificantes, *Luc.* 2: 13. 20. 5: 26. 7: 16. Glorificare, *cap.* 19: 37; *eſt hîc participium loco infinitivi*: *vide Gram. Harm. de Dieu pag.* 416. Glorificantes, *cap.* 24: 53. Laudantes, *Act.* 2: 47. Glorificantes, *c.* 13: 48. 16: 25. 1 *Cor.* 6: 10. *Gal.* 1: 24. Laudantes, *Jud. v.* 16. Canentes, *Apoc.* 5: 9. 14: 3. 15: 3.

ܡܫܒܚܝܢܢ laudamus, 2 *Cor.* 5: 12. Glorificamus, *cap.* 9: 13; *ex* ܡܫܒܚܝܢ laudantes, glorificantes & ܚܢܢ nos *vel* ſumus *compoſitum.* *Partic. præt.* ܡܫܒܚ *m.* glorificatus, *Joh.* 17: 10. *Et in nomen tranſit*, Splendidus, glorioſus. *Fœm.* ܡܫܒܚܐ glorificatum, 2 *Cor.* 3: 10. Glorioſa, glorificata *Eccleſia*, *Eph.* 5: 27. *Emph.* ܡܫܒܚܬܐ glorificatum *gaudium*, 1 *Petr.* 1: 18. Glorificatus, glorioſus *Spiritus*, *cap.* 4: 14. *Plur. maſc. emph.* ܡܫܒ̈ܚܐ glorioſæ, ſplendidæ *veſtes*, *Luc.* 7: 25. *Imperat.* ܫܒܚ *m.* da gloriam, *Joh.* 9: 24; *Gr.* δὸς δόξαν. Glorifica, *cap.* 12: 28. 17: 1. ܫܒܚܝܢܝ glorifica me, *Joh.* 17: 5. ܫܒܚܘ *m.* laudate, *Rom.* 15: 11. *Apoc.* 19: 5. *Fœm. cum aff.* ܫܒܚܝܗܝ glorificate eum, *Rom.* 15: 11. *Futur.* ܢܫܒܚ *m.* glorificabit, *Joh.* 21: 19. *Apoc.* 15: 4. ܕܡܪܝܐ ܢܫܒܚܝܘܗܝ quem Dominus laudaverit, 2 *Cor.* 10: 18; *affixum pro more* πλεονάζει, *cùm relativum dolath ſit in caſu obliquo.* ܢܫܒܚܟ glorificet te, *Joh.* 17: 1. ܢܫܒܚܢܝ glorificabit me, *cap.* 16: 14. ܐܫܒܚܟ celebrabo te, *Hebr.* 2: 12. ܐܫܒܚܟܘܢ laudabo vos, 1 *Cor.* 11: 22. ܢܫܒܚܘܢ *m.* glorificabunt, *Matt.* 5: 16. Laudabunt, *Marc.* 2: 12. 1 *Petr.* 2: 12.

Ethpaal ܐܫܬܒܚ *m. Paſſiv. præced.* Honore affectus eſt; laudavit ſe, gloriatus eſt. Glorificatus fuit, *Joh.* 7: 39. 12: 16. 13: 31, *bis.* 32. ܐܫܬܒܚܬ *f.* glorificatum eſt, 2 *Cor.* 3: 10. *Partic.* ܡܫܬܒܚ ܗܘܐ *m.* celebrabatur, *Luc.* 4: 15. Glorificatus, *Joh.* 15: 8. Honore afficitur, 1 *Cor.* 12: 26. *Fœm.* ܡܫܬܒܚܐ glorificetur, 2 *Theſ.* 3: 1. *Plur. maſc.* ܡܫܬܒܚܝܢ gloriâ afficimini, 1 *Cor.* 4: 10. Glorificantur,

cap.

cap. 12: 26. *Futur.* ܢܫܬܒܚ *m.* glorificetur, *Joh.* 11: 4. 12: 23. 14: 13. Laudetur, *Eph.* 1: 6. Glorificetur, 2 *Theſ.* 1: 10. Laudetur, *v.* 12. ܢܫܬܒܚܘܢ *m.* laudentur, *Matt.* 6: 2. ܢܫܬܒܚ *c.* glorificemur, *Rom.* 8: 17.

ܡܫܒܚ *m.* Laudatus; laudabilis, pulcher, honeſtus. Peïl Peal, *quod & in nomen degenerat.* *Plur. fœm.* ܡܫܒ̈ܚܢ laudabilia, *Phil.* 4: 8.

ܫܘܒܚ *m. emph.* Laus, gloria, majeſtas. *Emph.* ܫܘܒܚܐ gloria, *Matt.* 24: 30. *Marc.* 8: 38. 13: 26. *Luc.* 2: 32. 9: 26. 18: 43. 19: 38. 21: 27. *Joh.* 1: 14. 12: 43. 17: 5. 22. 24. *Rom.* 16: 27. 1 *Cor.* 2: 7. Laus, *cap.* 4: 5. Gloria, *cap.* 15: 40. 41, *quater.* 43. 2 *Cor.* 3: 7. 8. 9, *bis.* 10. 11, *bis* 18, *bis.* *Cap.* 4: 17. 6: 8. *Gal.* 1: 5. 5: 26. *Eph.* 1: 6. Laus, *v.* 14. Gloria, *v.* 18. Laus, *Phil.* 1: 11. Gloria, *cap.* 2: 11. 4: 8. 19. Laus, *v.* 20. Gloria, *Col.* 3: 4. 1 *Theſſ.* 2: 6. 2 *Theſ.* 1: 9. 1 *Tim.* 3: 16. 2 *Tim.* 2: 10. 4: 18. *Hebr.* 9: 5. 13: 21. Laus, *Jud. v.* 25.

ܫܘܒܚܗ gloria ejus *vel* ſua. *Matt.* 6: 29. 19: 28. 25: 31, *bis.* *Luc.* 4: 6. 9: 32. 12: 27. *Joh.* 1: 14. 2: 11. 12: 41. *Phil.* 3: 21. 1 *Theſ.* 2: 12. *Hebr.* 1: 3. *Affixum hoc eſt pleonaſticum in locis ſequentibus*, *Joh.* 11: 40. 12: 43. 2 *Cor.* 4: 4. 6. 15. 8: 19. 23. *Col.* 1: 27.

ܫܘܒܚܟ gloria tua, *Marc.* 10: 37. ܫܘܒܚܝ gloria mea, *Joh.* 8: 50. 54. ܫܘܒܚܗܝܢ gloria eorum *regnorum*, *Matt.* 4: 8.

ܬܫܒܚܐ *f.* Laus, gloria, majeſtas; Hymnus, canticum: Inſolentia, faſtus, pompa. *Emph.* ܬܫܒܘܚܬܐ. *ante ultimam radicalem aſſumit Vau: vide Gram. Harm. de Dieu pag.* 98. Gloria, *Matt.* 6: 13. *Luc.* 2: 14. *Joh.* 11: 4. 2 *Cor.* 3: 7. *Hebr.* 2: 9. 2 *Petr.* 1: 3. 17, *bis.* Majeſtas, *c.* 2: 10. Gloria, *c.* 3: 18. Majeſtas, *Jud. v.* 8. Gloria, *Apoc.* 1: 6. 4: 9. 11. Canticum, *cap.* 5: 9. Gloria, *verſſ.* 12. 13. 7: 12. 11: 13. Canticum, *cap.* 14: 3, *bis.* Gloria, *v.* 7. Canticum, *cap.* 15: 3, *bis.* Gloria, *c.* 16: 9. 18: 1. 19: 1. 7. 21: 11. 23. 24. 26.

ܬܫܒܘܚܬܗ gloria ejus, *Luc.* 2: 9; *hoc in loco affixum abundat.* *Rom.* 3: 7. 2 *Cor.* 3: 18; *& hoc in loco affixum* πλεονάζει. Gloria ſua, *Hebr.* 2: 10 Majeſtas ſua, *Jud. v.* 25. Gloria ejus, *Apoc.* 15: 8; *& hic affixum eſt pleonaſticum.*

Plur. ܬܫܒ̈ܚܢ laudes, *Rom.* 1: 25. 9: 5. 11: 36. *Emph.* ܬܫܒ̈ܚܬܐ hymni, *Eph.* 5: 19. *Col.* 3: 16. ܬܫܒ̈ܚܬܗ laudes ejus, 1 *Petr.* 2: 9.

ܫܒܛ *m.* Duxit, produxit, extendit, *opus ductile fecit ex auro & ære*, *Schindl.* *Paël* ܫܒܛ *m.* Flagellavit.

ܫܒܛܐ *m. emph.* Sceptrum, *Gr.* σκῆπτρον; virga, flagellum, faſcis, baculus, calamus; tribus, familia. *Hebr.* שֵׁבֶט, *Chald.* שְׁבַט, *emph.* שִׁבְטָא, *Arab.* سِبْط שִׁבְטָן Sceptrum, سِبْط שִׁבְטָן Tribus.

Baculus, *Matt.* 10: 10. *Marc.* 6: 8. Tribus, *Luc.* 2: 36. Baculus, *Luc.* 9: 3. Tribus, *Phil.* 3: 5. Sceptrum, *Hebr.* 1: 8, *bis.* Baculus, virga, *c.* 9: 4.

Plur. emph. ܫܒ̈ܛܐ tribus, *Matt.* 19: 28. *Luc.* 22: 30. *Geſtantes* flagella, virgas, faſces, *i. e.*, lictores, apparitores, *Act.* 16: 35. 38; *Gr.* ῥαβδούχους. Flagella, virgæ, 2 *Cor.* 11: 25.

* ሰበለ : שבל *Æth.* Spicas emiſit. *Paël* ܫܒܶܠ *m.* Direxit, *unde* ܡܫܒܠܢܐ Dirigens, monſtrator, index viæ, ductor. *Arab. conjug.* IV أَسْبَلَ אַשְׁבַּל Prodiit ſegetis ſpica; ſpicam produxit *ſeges.*

ܫܒܠܐ *m. emph.* Semita, via, trames: ſpica, *Marc.* 4: 28. *Plur. emph.* ܫܒ̈ܠܐ ſpicæ, *Matt.* 12: 1. *Marc.* 2: 23. *Luc.* 6: 1.

ܫܒܝܠܐ *m. emph.* Semita, via, trames. *Hebr.* שְׁבִיל, & *Chald.* שְׁבִיל, *emph.* שְׁבִילָא, *Arab.* سَبِيل שַׁבִּילֻן· Semita, *Gal.* 6: 16. *Phil.* 3: 16; *hîc Gr. habet* κανὼν *Plur. emph.* ܫܒܝ̈ܠܐ ſemitæ, *Luc.* 3: 4. *Hebr.* 12: 13. ܫܒܝ̈ܠܘܗܝ ſemitæ ejus, *Matt.* 3: 3. *Marc.* 1: 3.

* سَبَعَ שַׁבַע *Arab.* Septem numero *alios* fecit, ſe ſex exiſtentibus ſeptimum adjungens. Septuplum fecit. Septimavit, ſeptimam *ab iis* cepit partem opum. *Æth.* ሰብዐ : שׁבע Septem confecit, ſepties fecit. *Hebr. Niphal* נִשְׁבַּע juravit. *Quum ſibi invicem jurabant veteres, ſymbola adhibebant, eaque non ſingula, ſed ſeptemplicia, tanquam perfecto numero.*

ܫܒܥ *f.* Septem: ſeptima, *per enallagen numeri cardinalis pro ordinali.* & *obſerva, ſic non raro eſſe cum præfixo dolath: vide Gram. Harm. de Dieu, pag.* 131. *Hebr.* שֶׁבַע, *Chald.* שְׁבַע, *Arab.* سَبْعٌ שַׁבְעֻן, *Gr.* ἑπτὰ, *Schin in aſpirationem mutato*, *Teut.* ſieben / *Belg.* ſeven. *Matt.* 12: 45. Septem *vices*, ſepties, *c.* 18: 21. 22, *ter.* Septem, *Luc.* 2: 36. 11: 26. 17: 4, *bis.* Septima, *Joh.* 4: 52. Septem, *Apoc.* 1: 4, *bis.* 11. 12. 20, *quater.* 2: 1. 3: 1. 4: 5. 5: 6, *ter.* 15: 1. 6. 7. 8. 16: 1. 17: 1. 21: 9, *bis.*

ܫܒܥܐ *m.* Septem: & ſeptimus, *per enallagen ut in præcedenti fœminino.* *Hebr.* שִׁבְעָה, *Chald.* שִׁבְעָא, *Arab.* سَبْعَةٌ שַׁבְעַתֻן· Septem, *Matt.* 15: 34. 36. 37. 16: 10. 22: 25. 28. *Marc.* 8: 5. 6. 8. 20, *bis.* 12: 20. 16: 9. *Luc.* 8: 2. 20: 29. *Act.* 1: 12. 6: 3. 13: 19. 19: 14. 20: 6. 21: 4. 8. Septimus, *v.* 27. Septem, *Rom.* 11: 4. *Hebr.* 11: 30. Septimus, *Jud. v.* 14; *eſt hîc cum præfixo dolath.* Septem, *Apoc.* 1: 16. 20, *bis.*

2: 1. 3: 1. 4: 5. 5: 1.5. 6: 1. 8: 2, *bis*. 6, *bis*. 10: 3.4, *bis*. 11: 13. 12: 3, *bis*. 13: 1. 15: 1.6.7.8. 16: 1. 17: 1.3.7.9, *bis*. 10.11. 21: 9.

ܫܒܥܬܝܗܘܢ ſeptem illi, *Matt.* 22: 26. *Marc.* 12: 22. 23. *Luc.* 20: 31. 33. *Conf. ſupra* ܠܫܒܥܬܝܗܘܢ, *in* ܫܒܥ.

Plur. ܫܒܥܝܢ *c.* Septuaginta. *Hebr.* שִׁבְעִים, *Chald.* שִׁבְעִין. ܫܒܥܝܢ ܙܒܢܝܢ ܫܒܥ ܫܒܥ ſeptuaginta vices ſeptem & ſeptem *vices*, *vel* ſeptuagies ſepties & ſepties, *Matt.* 18: 22. *i. e.*, quatuordecim vicibus ſeptuagies: *vide notas Tremellii.* Septuaginta, *Luc.* 10: 1. 17. *Act.* 7: 14. 23: 23. 27: 37.

ܫܒܝܥܝܐ *m. emph.* Septimus. *Hebr.* שְׁבִיעִי, *Chald.* שְׁבִיעַי, *emph.* שְׁבִיעָאָה. *Hebr.* 4: 4. *Apoc.* 8: 1. 10: 7. 11: 15. 16: 17. *Fœm. emph.* ܫܒܝܥܝܬܐ ſeptimum *fundamentum*, *Apoc.* 21: 20.

ܫܒܩ *m.* Liquit, reliquit, reſervavit, dereliquit, deſeruit, repudiavit, ſivit, dimiſit, emiſit, omiſit, permiſit; ignovit, condonavit, remiſit. & *Chald.* שְׁבַק, *Sam.* שבק. Dimiſit *turbam*, *Matt.* 13: 36. Reliquit, *cap.* 16: 4. Remiſit *debitum*, *c.* 18: 27. Dereliquit, *c.* 21: 17. Reliquit, *c.* 26: 44. Emiſit *Spiritum ſuum*, *c.* 27: 50. Permiſit, *Marc.* 5: 37. Reliquit, *c.* 8: 13. 12: 20. 21. 13: 34. 14: 52. *Luc.* 5: 28. Remiſit, *c.* 7: 42. Permiſit, *c.* 8: 51. Sivit, *Act.* 14: 15. Permiſit, *v.* 16. Reliquit, *c.* 15: 38. 18: 22. Condonavit, *Epheſ.* 4: 32. *Coloſ.* 2: 13. 3: 13. Omiſit, *Hebr.* 2: 8.

